

Hermannus

Catalogus discess.

I. f. S. Semler.


1. Obj. Super 2 Timoth. III. et II.
2. Sessionis VI concilii Trident. exemplum.
3. De Regeneratione monastica.
4. de prestantia theos. aeternitatis pro se dicta biblica.
5. de infelicitate hominum presenti.
6. de Christi ad Abgarum epistola.
7. de imagine divina in humana. Et natura.
8. de mysticarum interpretationum studio.
9. Antiquitatem hermeneuticanam et Tertull. spec.
10. de tempore, quo scripta fuisse epistola Pauli ad Galatas.
11. Baptizantes fuisse, de quibus agitur Act. VIII. 7.
12. de propaganda per Baptizacum inter Germanos ref. Christi.
13. de discrimine notionum vulgarium et christianorum in libris N.T. observandis.
14. In Matth. I. 17.
15. de cauenda molestia sedulitate sacra.
16. In Luc. I. Gabrielum spir. s. non esse.
17. Iesum. Christum esse Paulus auctorem veram. Et verum hominem. discept.
18. Illustratio antiqui carminis ex euangelio Hebreorum.
19. De vario et impario veterum studio in recolenda historia desensus ad inferos.
20. spiritum si recte describi personam.
21. de desideriorum et euangelio Hebreorum.
22. de discrimine inter desiderios et tristis.

II. f. A. Neßelt.

23. Singulare prouidentiae divinae in pace religione restituta.
24. de discernentia propria et tropica dictione.
25. de latitudine patrum grecorum in nouant.
26. in 1. Joh. II. 20 et 27.
27. inscr. cantoris anglicae Lue. II. 14.
28. de Christo nomine regnante.
29. Deum auctoritatem divinam religionis Christi conformare sequis maioribus legitimatione kinetica.
30. ad Hebr. II. 11.
31. in 2 Cor. III. 17.
32. ad Num. XXVIII. 17.
33. in Joh. XII. 20-23.
34. de vera vi nominis feliciorum dei.
35. In 2 Thessal. II. 1-12.
36. In Joh. XV. 1-16.
37. In Joh. X. 13 — XVII. 23.
38. Schrift in der Leyden vallis N. 31. — Tafel T 8 Quelle 87 2 Cor. II. 6.

Nf. 129.
1.

24.
DE
DISCERNENDA PROPRIA ET TROPICA
D I C T I O N E ,
DISPV TATI O
AD SACRAE SCRIPTVRAE INTERPRETATIONEM,
Q V A M
SVB P R A E S I D I O
I O . A V G V S T I N O E S S E L T
LITTERARVM SACRARVM PROFESSORIS FVBLICI
FAVTORIS ET P R A E C E P T O R I S O P T I M I
AD D. XI. MAI I MDCLXII.
DEFENDET
A V C T O R
EBERHARDVS FRIDERICVS LÜDEKE
MAGDEBURGENSIS.



HALAE MAGDEBURGICAE
EX OFFICINA IOHANNIS FRIDERICI GRVNERTI.

THEATRUM ENCIPIENTIAE

DIGITIS

DISPARATIO

DE CIVITATE SCIENTIARUM ET ARTI

ORGANICARUM ET

TIBIAE QUITATIS ET PRACTICAE

INSTITUTIO IN LIBRARIA MUNICIPALIS

INITIUS IN LIBRARIA MUNICIPALIS

1600

EDITIONIS

1600



IVVANTE DEO.



Cum sint interpretis librorum sacrorum, et veri illius quidem, qui ubiuis ductus loquendi legitimo usu subtiliter arque curiose omnia persequatur, officia nondum satis definita; tum perdifficilis profecto satisque parum tractatus est locus de propriae translationeque dictioris interpretatione. Quae res ut est in omni librorum explicatione tenenda in primis, sic nusquam maiorem postular interpretis diligentiam, quam in libris iis, quos tanquam a Deo ipso dictatos veneramur. Etenim cum vehe- mens et quasi igneum ingenium illorum populorum, qui terras oriente colebant, efficiat loquendi modus troporum omni genere plenos atque exprimentes rerum multis veluti coloribus admirantur imaginem; illi vero, quibus in consciendo caelesti volumine usus est Deus, et fuerint ex huicmodi hominum genere, et scripserint ad eos, qui his essent adscuti: non potest fieri, quin nobis, illorum in cogitando differendoque non satis similibus, eueniat illud saepe, quod est in interpretando turpissimum, ut, ad nostram loquendi consuetudinem talia metientes, subiiciamus corum verbis sententias ab his, quas illi significare voluerant, admodum abhorrentes. Vnde existunt interpretationes tanto peiores, maioriisque cum periculo coniunctae, quoniam tale dicendi genus regnat etiam saepenumero in illis locis, in quibus res ad felicitatem nostram proprie pertinentes exponuntur.

A 2

Spiri-

Spiritus enim sanctus, cum sacrorum illorum librorum effectores diuino adflatu et insinuatu ad scribendum concitaret, non eorum animum ita disturbabatur, ut quasi tolleretur ea, cui solueri erant, cogitandi consuetudo, sed doctrinas cœlestes ad eorum mentem ita accommodauit, et diuina illa, quae nec oculis nec auribus nec vlo sensu percipi queunt, ita ipsis proposuit, ut, praeterquam quod omnia diuino libro fraudi furura impediret, dicendi iis omnino relinqueret et demonstrandi libertatem. Quo magis requiritur cura atque sollicitudo maxima, cum vtriusque illius dictioris ignoratio vel non exacta fatis intelligentia non possit sine ipsa sanioris doctrinae perguessione esse, atque sacrae scripturas auctoritas non leviter periculo prematur. Sed hic in vtramque partem peccari a multis nemo ignorat. Sunt enim, quibus fixum videatur, omnes a facris libris remouere, ut putant, verborum immutaciones, et paene ubique defendere significatum proprium; quo fit, ut non solum argutias multis, sed nouis adeo doctrinis refertos videamus multorum libellos, atque, ut ait PAULVS Apostolus (1 Cor. III, 12.) lignum, foenum, stipulaque vno fidei nostrae fundamento imponatur, quod quam durabile non sit, Deus suo tempore docebit. Alii contra, translata in omnibus faci codicis paginis animaduertentes, ad oppositam rationem declinant, omniaque paene, quae formam aliquam translati generis dicendi habent, etiam in proprie intelligenda esse defendant, sic ut multa e doctrinarum diuinarum numero proferibere videantur, quibus deletis appareret, rem sacram magnum sane detrimentum accipere.

Cui errori duplice vtinam possemus aliquantulum quidem mederi! volumus certe: quamquam suspicamur fore, ut hoc omni labore in certis quodam modo et fixis proprietum translatorumque discernendorum regulis positio plerisque non fiat satis. Vix enim putamus id, quod molimur, fieri sine inuidia posse. Nam quotusquisque est, qui errores, maxime eos, quos ille tamquam certa habet ipsamque per religionem tradit sibi decreta, dimittere vel velit, vel fas esse putet? qui, cum requirant vel propriam quorundam scripturae locorum vel tropicam interpretationem, non eam constanter defendat, quae suis cum decretis optime consentiat? quam multi etiam sunt ita diligenter et accuratae honorum scriptorum, veterum in primis, lectione subiecti, ut canones probent abhorrentes saepe a vulgi consuetudine?

Quod

Quod tanto minus admirandum videtur propterea, quod omnis haec de tropis iudicandis disputatio ad grammaticas fere atque rhetoricas minutias pertinet, quae vnu quidem et curiosa lectione dicti possunt et sentiri, non item explicari, quoniam omne id, quod sensu fere continetur, vel omnem interpretationem refugit, vel obscuram eam habet, aut nec satis certam apud illos, qui istis rebus diuturna exercitatio adfueri non sunt. Vnde intelligitur, quid sit, quod careamus fere talibus praceptoris, quibus quis adiutus possit ratione ei via de propriis tropicisque iudicare. Etenim illa panca, quae vulgo ista de re traduntur, vel falsa sunt omnia, lubrica saltim, vel repleta argumentis metaphysicis magis, quam vnu loquendi accommodata, qui tamē regnare in hac omni disputatione debebat. Ac si reperiantur identidem doctorum virorum commentarii adspersa quadam non spernenda, tamen nemo repertus est, qui subtiliter ea, quae accurata obseruatione inuenierit, ad cerras fixasque, quantum poserat, leges renewaret, ut quae quoque in loco adhibenda sit in iudicandis tropis ratio planissime ab hominibus non indoctis potuisse intelligi. Quo magis aestimari debet summi Viri IO. AVGVSTI ERNESTI diligentia, qui et in *Institutio rhetorica* suis de tropis multo pleniora sanioraque vulgaribus praceptoris tradidit, et nuper admodum primus, quod sciam, in *Institutione interpretis nostri Testamenti*, aureo libello, praeclare de harum rerum iudicio praecipit viarique ad illam rem plenius intelligendam aperuit. Cuius Viri perfecte cruditi exemplo, et Venerandi Praefidis, Praeceptoris et Fautoris maxime colendi, sua fione excitati hanc disputationem suscepimus, in qua ad id incumbemus, ut sententiam Venerandi ERNESTI ampliorem et ubiorem faciamus; et quae nobis alia vel pracepta vel exempla obseruata fuere, adiiciamus. Quod cum audeamus, non ita sumus vani, ut arbitremur, nos posse opus absolutorum et quasi aliquam Phidias Mineruam publico conspectui exponere; obseruatione enim damus. Quo circa liberationem culpae non solum, sed et errati veniam imperaturam esse disputationem, ab homine tardii ingenii conscriptam; speramus; atque ad audienda meliora paratissimos nos fore profitemur. Et cum disputatione omnis, quae de officio interpretis in propriis tropicisque iudicandis praecipit, duas habere debeat partes, alteram de agnoscendis; alteram de explicandis tropis: hic uiam tractabimus ita, ut, quo modo

A 3

depre-

deprehendi queat, quid proprium translatumue sit? quantum fieri a nobis potest, doceamus; alteram alius relinquimus.

§. I.

Antequam ad ipsas de tropis leges ferendas progrediamur, proponenda sunt pauca propriis et tropicis vniuerse, nec tamen nisi ea, quae ipsis super ea re praeceptis componendis seruant. Et quidem, si vocabulo ea subiiciatur sententia, ad quam exprimendum primitus excogitatum erat, quodque cum illa re, ut ait CICERO, paene natum est, *propriam* hanc omnes *significationem* dicunt; contra vocabuli a propria significatione in alienam immutationem *tropum*, et *tropicam*, *impropriam*, *translatum* significationem eam, quae exprimitur vocabulo tali, quod olim alicui aliis re designandae proprie determinarum erat. Hanc significationem cum alia re communicandae consuetudinem genuit, ut ait CICERO (de Orat. III. 38.) *necessitas inopia coacta et angustissima*, post autem *delectatio iucunditasque celebravit*. Est igitur duplex bene tenenda troporum origo, primum a necessitate, ut evinatur verborum multiplicatio, unde *radices* arborum monibus, *malcoli gemmaeque* viribus, *diuortium coniugibus*, *afferitas rebus aduersis*, aliaque multa aliis dono quasi data adhaerent; deinde ad efficiendam orationis suauitatem usurpati tropi sunt, ut ea vel varia redderetur tropis nec necessitate esset semper ad idem reuoluvi vocabulum, vel illuminaretur sive ornaretur; mirabiliter enim delectatur animus translationibus propterea, quod quae dicuntur, quasi picta, et veluti ad viuum expressa videmus. Ex illo genere *mortaies* sunt pro hominibus, et *simplex amicus pro fido vel sincero*, ex hoc illud TUSC. LII (Tusc. Qu. I. 24.): *animum*, antequam in corpus intrauerit, in rerum cognitione *viguisse*. Iam translationem eam, quae est e genere superiore, h. e. a necessitate ducta, *grammaticam* dicunt; effici enim, ut habeat aliqua res certum nomen et suum, quo appelleretur et discerneretur ab aliis; at illam ex altero genere existentem, h. e. ductam ob orationis varietate et ornatu, *rhetorican*, eo enim pertinet, ut res bene, ornata copiose proponatur. Sed ista, quoniam in hac disputatione intercessit bene intelligere, ita igitur curatus explicanda videntur.

§. II.

§. II.

Sunt quaedam vocabula, quae, quoniam a rebus sumta sunt, quibus per primos linguae inucentores proprie ac certo fixoque usu in-dita fuerant, post vero cum aliis rebus proper quamenique affinitatem communicata, his ipsis videntur tropice perque translationem ad-haerere, sed fecit longa talium usurpandorum consuetudo, ut, quae, verum si dicere volumus, tropica sunt, sensim talia esse desinant, pro-prieque adhiberi videantur. Hoc, unde grammatica translatio oritur, sit fere, ut praecellere *Vener. ERNESTI* (Inst. Int. p. 16. §. 5.) obser-vat, tripli-citer. *Primum*, si res nihil habeat aliud, quo tamquam pro-prio vocabulo appelletur, ut *malleolus* initio adhibetur de fabrorum instrumento, post ob aliquam similitudinem cum de instrumento urbi-bus expugnandis seruiente, tum de nouo palmine innato prioris anni flagello. Ad haec duo posteriora facta translatio est, sed nemo du-bit de illis malleoli vocabulum proprie usurpari, nihil est enim, quo haec res alio modo propriæ appellari possent. Pariter si dare dicas pro-distribuere vel concidere; aut si Romani primum nomine *principum* af-fecerunt eos, qui primum quasi locum capiebant, porro milites, qui aetate erant florentissimi, denique eos, quibus urbium imperia data erant: quis neger omnia haec proprie dicta esse? tametsi appareat, illas posteriores significationes a prima ductas esse per viam generis ac speciei h. e. per rationem troporum, quam συνεδροχην rhetores appellant. Huius vero generis sunt in primis ea, quae sub adspicuum non veniunt, praecipue diuina, quae, quoniam non habent, quo con-signentur, sumunt a similibus iam nomine suo instructis; unde *ira-tum Deum*, alteramque naturae diuinae personam *filium* Dei scriptura dicit, *genitumque a patre*. Nec quisquam hoc propriæ dictum esse negabit, nisi idem dicere: *virtutes, amorem, institiam, legum obser-vationem, αιραμενοις, felicitatem* cert. de Deo improprie dici. Constat enim, nos de Deo e rerum natura nihil cognoscere posse, nisi quae per αιραμενοις et comparationem nobisum institutam intel-ligimus. *Dixide* sunt, etiam verba, quorum significatio propria ex-spirauit paene, et iam dudum usurpari defuit, quae igitur temporis longinquitate et tamquam hereditatis iure parentum mortuorum signi-ficationem accepertint nunc sibi plane propriam. Quale est cuius in illo veteris poëtæ apud *CICERONEM* (Tusc. Qu. I. 35.).

Hanc

Haec omnia vidi inflammari,

Priamo vi vitam uitari.

quod est ponam pro *vita* eripi, significatio non amplius existente; qua re *uitari* nunc proprie profecto, tametsi noua quasi flexione, eius rei est, quam declinamus, fogimus, auersamur, ut *examinare*, *euscerare* et similia. Denique verborum quorundam translatae significacioni ita sunt aures mentesque adsuetae, ut per loquendi usum multo etiam crebrius adhibeantur quam propria. Fit enim omnino per dicendi consuetudinem, vt significatio originem non cogitemus, quem ad modum, qui in peccatis consueverunt, vix se peccare in hac illa re putant; aut ii, qui dialectices praecepta didicerunt, ita facile argumenta trahunt, ac si illa per se nata essent, non ad regulas conformata. Itaque, quoniam significaciones, quae creberrime occurunt, paene propriae, quasi rarius, fere impropriar habentur, fit facile, ut tropicas significaciones usu magis quam propriae tritas et credamus proprias esse, et ita usurpemus. Latinorum *inuestigare*, ut hoc uar, est: alterius vestigia querere; sed quis quoefo hanc semper in memoriam reducit significacionem, quae propria dicenda est, cum hoc vocabulo vitur, ac plura quam querere cogitat? Ac *ἐπισκέπτεσθαι* Graecorum *inspicere* est, *respicere*, deinde *curam aliquius gerere*, quare si quis IACOBVM c. I, 17. dum *Σηγονεῖς καὶ Σεραῖς* dicit *ἐπισκέπτεσθαι* *εἰσφάνεις καὶ χῆρας*, tropice locutum esse moneret, risum deberer pueris non minus, quam si *prospicere* aliquius *commodis* per elegantissimam metaphoram possumit esse decerneret. Nec in verbis solum, sed in integris etiam sententiis translationes grammaticae, h. e. proprie factae continentur; ut in illo: *noscere ipsum*, hoc dicitur: *noscere animum tuum*, ut ait CICERO (Tus. Qu. I, 22). Quae proprie dicta esse constat, nisi quis putet per absurdum quidem, cum translatione utri, qui Clodius dicat a Milone interficium, tametsi, si ad vinum refeces, in eo συνεδοχὴ sit, qua Clodius pro corpore eius ponitur, animum certe Milo non occidit. Omnino istam rem non philosophica subtilitate metiri debemus, sed usu loquendi, quem si quis sequitur, non quaeret tot argutias, quibus scatere multorum scripta videmus, quibus non lucem sed tenebras multis sacrae scripture locis ipsisque adeo doctrinis affuderant. Cuius uiti, ut haec obiter dicam, accusari merito possunt, qui ea dicendi

dicendi genera, quibus res non quo modo sint, sed quo modo videantur sensibus, exprimere vñ venir (*phrases opticas* appellant vulgo) translata esse aiunt, quod facile videri potuit iis, quoniam tum rerum veluti figura s. effectus pro rebus ipsis, tamquam caussis, exprimitur, vt est in *metonymia*. Sed istud est nugatorium, cum in translatiis, non id, quod sentimus, vt in opicis phrasibus, designetur. Etenim qui primi loquendi modos inuenierunt, non erant philosophi, aut ita subtilitatis studiosi, vt omnia vocabula rerum naturae accommodassent, sed sensu potius, et obseruatione quaevius iudicabant, vnde multa maxime propria dixerunt, quae pressius summa tropice expressa videntur, vt cum *rorem decidisse*, vel *stellas cadere* dicerent pro *euanescente* oculisque subducere se. Ad quem loquendi modum cum quisquis perspicie dicturus se accommodate in sermonibus debeat, profecto et ita, quem ad modum fert consuetudo loquendi, intelligendus est.

§. III.

Alterum translationis genus *rhetoricum* est, quod non a necessitate dicitur, sed a studio ornandae illuminandaeque orationis; quod, quoniam illud superius, *grammaticum* felicit, efficiebat, vt, quae translata primum fuerint per loquendi vñsum, fierent propria, etiam porest definiri per id, quod semper conseruet translationem, neque in propriis dicendi-genus vñquam convertitur. Nempe vt homines in rebus omnibus primum necessitati, deinde etiam delectationi suae cooperant propiscere, sic humanum ingenium non fuit contentum verbis, quae necessaria erant ad sensa animi exprimenda, sed mox etiam desfluit ad ea, quibus, veluti imaginibus, sibi res proponerentur aliquis, vt non simpliciter sed cum virtute quadam dicta illa viderentur. Itaque vt cum varietate sermonis et ornata res dicere possent homines, nomina rerum, quae aliquam cum rebus alis oratione exprimendis habebant coniunctionem, de his usurpare, h. e. tropis vel translatis vñ cooperant. Huius generis translatio, quoniam delectationis et ornatus causa adhibetur, et rhetorices est docere quo modo bene, ornata copioseque dicendum sit, *rhetorica translationis* dici meretur, artque differt haec tenus a *grammatica*, quod haec fere propter necessitatem, illa cum virtute quadam h. e. ad suauitatem vel grauitatem inferendam, voces a propria significatione in alienam

B

nam

nam immutat, estque, / si grammaticam species, transferendi caussa,
vt bene ERNESTVS V. V. (Inst. Int. p. 19. 56.) monet, in analogia
naturam, fin *rhetoricum*, in qualicunque sensibili aut externa magis
aut remotore similitudine. Atque hanc *rheticam* intelligimus, cum
de propriis translatisque discernendis quaerimus. Caeterum satis no-
rum est, omnes tales tropos vel a similitudine duci, vnde *metaphora*
existit, vel a coniunctione rerum, quae *tum* externa est nec necessaria,
qua *metonymia* gignitur, *tum* interna sive necessaria, qua *synecdoche*
efficitur, vel a disiunctione denique, qui tropus *ironia* dicitur *). His praemissis ipsam disputationem adgrediamur.

§. IV.

Hic nos non ignoramus ferri super hac re iudicanda canones,
quamquam optaremus eos maiori cum amplitudine et subtilitate tra-
ctatos. Nam, qui primus institui hac de re praecepta dare, AV-
GVSTINVS (*de doctrina christiana* libro III. c. X-XXVIII.) multa qui-
dem habet non contemnda, sed huius modi ut firmam et stabilem
viam, quam mens ingrediatur, non offendant. Primum (cap. X.)
quidquid, inquit, in sermone diuino neque ad morum honestatem, ne-
que ad fidei veritatem propriè referri potest, (h. e. quod propriè intel-
leclum errorem a Deo propositum vel commendatum peccatum infer-
ret) figuratum esse cognoscas. Facile intellexit, cum, quae confuetu-
dini sua repugnant aut opinionibus praeconcepitis, homines transla-
putent, canonom a se propositum nihil proficeret; itaque adiicit: Ni-
hil praecipere scripturam nisi caritatem, nec culpare nisi cupiditatem,
nihilque afferere nisi catholicam fidem; quod nihil est nisi eadem aliis
verbis repetere, nihilque tradere certi; quis enim est, qui assumtam
a se interpretationem non consentaneam doctrinis diuinis bonisque
moribus putet? Quae postea subiicit (Cap. XI.): *Quidquid asperum et*
quasi saeum factu dictuque in sanctis scripturis legitur ex persona Dei
vel sanctorum eius, ad cupiditatis regnum destruendum valet, quare si
perspicue sonat, non est ad aliud referendum, quasi figurata dictum sit;
quae autem (Cap. XII.) quasi flagitiosa imperitis evidentur = = vel ex
Dei persona, vel ex hominum, quorum nobis sanctitas commendatur,
tota

*). Qui plura desiderat, audeat de arte rhetorica libros, et SAL. CLASSEI laudatissimam
Prolologiam sacram lib. V. qui continet Rheticam sacram. Tract. I.

tota figurata sunt, ea usurpari in iudicandis locis possent, quae praecpta de vita moribusque proponunt, in aliis non possent, veluti si quaereret: proprie *an tropice accipienda sint verba, quibus Christus, cum panem porrigeret discipulis, hoc corpus suum esse affirmat?* Neque ex omni parte vera sunt; nam ad superiorē regulam (Cap. XI.) praecptum Christi de cuelendo oculo amputandoque pede proprie, contra ad posteriore (Cap. XII.) verba Dei, quibus Abraham immolandum Isaacum proposuit, translate essent accipienda; quod omnes vident quam falsum sit. Caeterae AVGUSTINI regulae, quae personas, tempora et quae sunt generis eiusdem, in primisque alia scripturae loca conferenda iubent, meliora sunt suo modo, quamvis nec adiecta exempla vbius probari, nec ad omnia loca ipsae regulae transferri posse videantur. Inter recentioris aeuī eruditos illi quidem, qui de libris interpretandis commentarii sunt, adsperserunt etiam hue pertinentia, sed vel exemplis troporum contenti fuere, vt CLERICVS (*in arte critica P. 2. c. 7.*) qui docet, *propriam vocum significacionem cum tralatia non esse confundendam* (quod nemo nesciebat) vel unum fere posuire canonem etiam ab AVGUSTINO propositionem: *Non facile vel non nisi necessitate virgente interpretem a proprietate significacionis discedere debere;* contra quem late in libris regnare, et falsum tamen, dicere nobis constitutum est, ne cui fraudi sit antiquissima sententia et multorum consensu probata. Ac primū illud: *non facile, lubricum esse, quis est, qui videat? Si rarissime est, falsum est.* Quaenam igitur est ista, quae urget necessitas? Aut quando existit? Si quid continetur interpretatio manifeste abhorrens a rerum natura aut factis fide dignis aut religione in sacris libris proposita. Optime vero, sed, quoniam multis videntur cum iis, quae diximus, pugnare, quae alii arbitrantur probabilia; multa etiam loca occurunt, in quibus est quod, sive proprie sive tropice sumas, rerum naturae non repugnet, vel alibi neque in sacro codice, neque in antiquatis monumentis occurrat, ac praeterea etiam in rebus, quae sensu fere continentur, qualis est animaduersio eius, quod proprium translatumue sit, non facile magna aut manifesta evidentia locum habet: certe, si praeter hanc regulam nihil adliberes, quo te iudicaturum conuertas, saepenumero nescies. Quod animaduententes, ut opinor, quidam non indocti ac perpicaces viri, hoc addentes,

XII DE DISCERNENDA PROPRIA

dum decreuerunt: *Si tropice verba loci ciuiusdam accipi debeant, ostendi oportere: proprie illa sumta vel quidpiam absurdum atque certis cum aliis rebus pugnatis continere, vel non cohævere satis bene cum orationis contextu consilioque scriptoris.* Quia adiectione vereor ut iuuari regula vulgaris possit. Vtar, vt hoc doceam, illustri exemplo sumto e locis scripturae iis, in quibus Iudaei exspectare saluatorem iubentur. Propriene, quaero omnes, an tropice ita accipienda putent? tropice omnes dicent; recte id quidem, aliter enim qui sentirent, ignorare Iesu Christi sermones deberent, in quibus, quod propriæ hæc acciperent, creberimne reprehendit Iudeos: sed ita responso parum est, vt opinor, vulgari illorum, aduersus quos disputamus, regulæ accommodata. Namque primum multo profecto videri Iudacis poterat incredibilis, ipsum Dei filium in terras venturum, vt homines morte sua ab animi doloribus, peccatis, suppliciisque aeternis liberaret, quam quod Iudeos ex hostiis ac oppressorum suorum potestate eriperet; praesertim cum illius rei nihil simile vñquam vel vidissent, vel audiuerint, contra non ignorarent, Deum saepenumero iudices ad hanc rem, quaæ commoda eorum externa spectabant, adhibuisse. Deinde hic sensus longe accommodatior consilio Dei per ipsum horum locorum argumentum prodito viderat, propterea quod promissionem de Messia venturo adiunctam deprehendebant multis rebus, quæ proprie non tropice acceptæ videbantur, veluti vbi dicitur: eum tamquam regem ad filium Zionis h. e. Hierosolymorum incolas, a fine vectum accessurum, patris sui Davidis solium regnumque occupatum, caet. præcipue cum eius aduentum promissum viderent temporibus eiusmodi, quibus ii, qui promissiones istas accepérant, multis se aeternis calamitatibus curisque animaduerterant oppresos. (V. c. c. Esa. VII, 1. sqq. coll. v. 14. 2 Sam. VII, 5. sq. coll. v. 12. sq.). Omnino ista regula parum est ad usum apta, quippe quæ occasio nem dat et defendendi ineptissimas interpretationes et confutandi resistinas, vt infra pluribus docebatur, peperique illam quiduis in allegorias convertendi stultitiam, quod vel ipsum AVGSTINI atque ORIGENIS, qui fere hoc in genere regnant, decreta et interpretationes ostendunt, quorum specimina MOSHEMII tē managris Commentarii de rebus Christianorum ante Constantin. M. p. 638. sqq. exhibent. Nec e longinquō repetenda sunt popularis huius sententiae causæ.

Multæ

Multa enim perperam a multis putantur translati, eaque postquam composita sunt cum propriis, disputari coeptum est: propriae an tropica significatio aliquo dato in loco praeferenda sit? qua disputatio non magis opus erat, quam illa ipsa regula, cum, si id, quod principio tropus erat, proprius factus sit terminus, ne illud quidem quaerendum videatur. Deinde per errorem non admodum rarum etiam ab iis, qui peritiores harum rerum esse volunt, sensus impropus confunditur cum sensu mystico, quem quoniam viderant, tantum non omnes, non debere defendi, nec a sensu grammatico deflecti, nisi manifestum eumque diuinium testimonium tale mysterium vere adesse doceret, atque didicerant illum arcum sensum ne accipiduum quidem neglecto grammatico sensu esse: haec omnia translaterunt in sensum improprium, a quo ille distat longissime, et est alius plane generis, dum improprius ad sensum grammaticum pertinet, qui mystico oppositus est toto genere. Denique id certe constat inter omnes, consuetum et usitatum sensum relinquere non debere ac declinari sine grauiissima causa ad eum, quem rarius cum verbis vsu coniungit; sed eadem res si etiam ad causam proprii translatione confertur, temerarium hoc quidem est, falsoque putatur proprius fere perpetuo usu defendi posse, cum tamen nemini possit esse obscurum, quod sensus improprius in plurimis paene locis sacrorum librorum regnet.

§. V.

Quae cum ita sint, age proponamus alias quasdam regulas, aut si maue lis, conjecturas, est enim, quod fatemur, omnis ista disputatio opinabilis, et conjecturis, saltim ex parte, continetur, ad quam bene intelligendam haec fere obseruanda videntur. Principio in hac omni causa certum esse debet et exploratum, virrum aliquod vocabulum, quod tropicum videtur, factum sit per loquendi consuetudinem translatum? Quodsi ita est, tum potest, ut modo diximus, interpres omni reliqua alia disputatione carere, neque necesse est quaerere, vnde talis tropus sumitus sit, quippe cuius origo paene per usum loquendi oblitterata est. Ut si didicilli ἐργάζομεν (2 Tim. II, 15.) esse recte et ad veritatem accommodate docere, aut γένεσις θεότης mori simpliciter, ac παραπόμεν (Ebr. II, 1) temere agere, monita non

turare (coll. v. 3. et Prov. III, 21.); non requires, primumine a sacrificiis vel via vel alia quacunque re, alterum ab vix arboris primis parentibus nostris interdicto, tertium ab aqua vel naue vel clepsydra translatum sit. Quae res vnicē indicanda est ad vsum loquendi quem qui non tenent, praesertim expertes Ebraismorum, multa nugantur prudentioribus intolerabilia. Veluti cum constat Ebraeos sumere phrases suas ab hominum membris partibusque, quae qualemque habent cum actione hominis, de qua loqui cupiunt; coniunctionem, ita ut istis de partibus nullo modo tum cogitent sed tantum de homine vniuerso; nemo, qui audiat SALOMONEM (Eccl. IV, 17) praeipientem: שְׁמָרْ וְגַלֵּךְ כִּאַשְׁר תָּלַךְ אֶל־בָּתָהִילוֹתָם cusodi pedem tuum quortescunque iuerts ad dominum Dei, ritus et similitudines reconditas nescio quas rimabitur, vt quidam ad populorum Orientalium foecos, cum templum vel locum sanctum ingredenterur, detrahentium morem respicere virum diuinum dictabar, sed facile animaduerteret, nihil magis velle SALOMONEM, quam si quis latine diceret Causa tibi (ne temere accedas) cum ad aedem Dei te conferas; nec praecellere illa verba: (Pl. XLII, 12.)

Patienter exspecta Deum, veniet enim tempus, quo grates agam ei, quod faciei meae auxilium sit, peruerter argutias, sed hunc sensum verbis subiiciet: gratias Deo agam, quod me adiuuet; quod genus dicendi, si sacra licet conferre cum profanis, simile est eius, cum VIRGILIUS fortunam se reppexisse confirmat.

§. VI.

Ista res si satis definita est, atque constat aliquam sermonis formam, cum tropica videatur, non factam esse propriam per loquendū vsum s. eam non grammaticam esse sed rhetorican; tum demum ponit quæstio potest; propriece sint an tropice verba cuiusdam loci intelligenda? Cuius rei dijudicandae leges si quaerimus, eae omnes videntur ad eosdem referri locos posse, quibus, quænam sententia verbis subiecta sit? reperias. In qua reperienda hunc fere modum tenemus: Primum quaerimus, quid per linguae regulas et consuetudinem vocabulo adhaereat significationis, propterea quod institutio hominum et consuetudo cuique vocabulo certam et definitam notionem adiunxit,

Tum,

Tum, quoniam verba inuenta sunt, ut cogitationes apud eos, qui ea vel audiunt vel legunt, excitarent, non satis est nobis, taliis similibus verbis vel eiusdem vel alterius cuiusdam linguae diuersas vnius verbi significations cogitare, sed intellectis verbis inducimus in animum ideas scilicet notiones rerum, quibus notandis destinata scimus certa verba esse, atque ita res mente efformamus modo eo, quo eas externo interno sensu et vnu cognouimus. Ad quem sensum res reuocamus etiam tum, cum iudicandum nobis est, quaeam inter significations plures in loco aliquo vel plurium verborum comprehensione vnicce obtineat. Qui vbi non dat certainam viam verae sententiae reperienda, sit enim saepe, ut plures interpretationes cum sensu nostro consentiant, vocare in subdilium sollemus denique ea, quibus ipsi scriptores, quos interpretantur, rem accuratius declararunt, quo pertinere orationis contextum, ~~negescere~~ vel rei ipsius vel sermonis, scriptoris consilium, et loca explicandorum similia, inter omnes constat. Est igitur, si haec de inueniendo sensu vniuerso traducamus proper similitudinem ad id, de quo disputare nobis est propositum, triplex propriae translataeque dictio[n]is cognoscendae via et modus; *prima* e loquendi consuetudine, *altera* e sensu nostro, *tertia* e rebus rei vel orationi adiacentibus; ad quam triplicem viam reduci omnes, quas tradere aggredimur, regulae poterunt.

§. VII.

Et usum quidem loquendi, de quo primo nobis loco disputandum est, non prodest in hac causa ita dicimus, ut eo adiuuante demonstrari illud propriorem et translatorum discrimen quoque in loco possit. Fieri quidem illud nonnumquam potest, ut hoc intellecto, non admittatur, saltim in verbis coniunctis, significatio, quae rem non attingat. Veluti in loco Ioh. VI, 27 plerique sententiam verborum: ἐγένεσε μὴ τὸ βρῶν τὸν ἀπολλυμένη η. τ. τ. diuinando magis quam explicando videntur detegere velle, dum ἐγένεσθαι maxime proprie vertant: operari, sibi acquirere v. comparare; quod longe secus est & ab ista Φεδο[re] alienissimum. Certe ἐγένεσθαι τὸν βρῶν planissime est id, quod Latini dicitur *conficer cibum*, quod sic per dentes, a quibus confectionis cibus in aluum demittitur, ut vel loca ea declarant, quas *WRTENIUS* ad h. l. copiose congregavit. At quo-

niatis

niam per illum usum stare potest utrumque genus dicendi, pluraque plerunque accedere debent, unde quomodo optio facienda sit? apparet. Sed habet illa in dicendo consuetudo hos fere usus. Primum ne admittantur ficti ab interpretibus tropi, si istos haec consuetudo repudiet. Fuit, ut hoc utar, qui in explicando subobscuro illo loco Rom. VIII, 19. κτίσιν veller ad corpus humanum trahere, cuius reuocationem ad vitam sperare probi homines possent; quod, ne plura dicam, haud scio, an queat cum loquendi usu componi. Verba Rom. VI, 5. Σιμφύτοι γεγόνασν τῷ ἐμοίωματι τῇ θανάτῳ τῷ Χριστῷ vulgo dicunt tropica esse, similitudine a foreulis sumta, qui arbori inserantur et tanquam cum illa coalescant; in quo ignorare videnter hoc reluctante lingua dici, quae non confirmat hanc explicacionem etymologicam, sed docet, ut praeclare aliquo in loco Ven. ERNESTI monuit, σιμφύτα esse quae vna nata naturaque coniuncta, deinde: quae quoconque modo coniuncta sunt, vel conueniunt, vel eodem modo viuant aut tractantur, ut sensus sit; coniuncti similitudine mortis sumus cum Christo h. e. ei quoad mortem facti sumus similes. Ac istud valer etiam tum, cum adhaerere quidem talis aliqua impropria significatio vocabulo potest per se, sed ei cum aliis coniuncto non item. Quod sit et in integris phrasibus, quae definitum habent per usum loquendi sensum, et in quaenamque coniunctione verborum ad integrum sententiam exprimendam facta. Namque in illis, id quod inter omnes constat, per hunc usum saepius longe alia verbis tribuitur significatio, quam illa habent per se, neque magis poterit is, qui exp̄s est in loquendo consuetudinis, totius phraseos sensum assequi, quam ille, qui, neglecta illa, ex ratione etymologica yellet vocabuli cuiusdam potestatem intelligere. Volebat HOMBERGIUS (in Parergis sacris p. 46. 47.) τελέντι τὰς πόλεις Matth. X, 23. cum HEINSIUS interpretari de doctrina singulis in urbibus proponenda, tropo forsitan e rebus sacris sumto, de quibus non difficilium hoc verbum usurpari, sed in tali verborum comprehensione certe ita accipi non potest. Etenim τελέντι quotiescumque cum locis coniungitur, semper habet peragrandi sensum atque ἐλειπτικὸς dicendi modus est, ut sit pro τελέντι ἑδονὴ τὸς τόπος, atque εἰ μὴ τελέστη τὰς πόλεις τὰ ισχεῖν nihil aliud quam: non peragraveritis urbes in Israelitarum terra. Pariter KYRKIVS V. C. in Obs. SS. Tom. II. p. 168. 69. locum Rom.

Rom. VI, 19. ἀνθρώπινον λέγω διὸ τὴν αἰδεῖαν τῆς σωμάτου ὑμῶν male ab interpretibus ait intellectum esse eo, quod ἀνθρώπινον λέγω explicauerint: *humano more propono h. e. per similitudinem a rebus humanis suinram, propterea quod σάρξ nusquam de mente vitio laborante reperiatur; quem ictum facile declinare possemus dicendo: τὴν σάρκα ex Ebraismo esse quidquid debile ac imperfectum sit (monente Ven. Praefide not. 17. et 236. ad b. BAVMGARTENII explicat. epist. Pauli ad Corinthus); quare, cum Ebraei vel simile vel idem verbum repeteret ad rei eminentiam et magnitudinem declarandam soleant, αἰδεῖα τῆς σωμάτου fore maxima infirmitas; nec verum est: τὸ σάρκα numquam de mentis et cognitionis imbecillitate dici; vide I Cor. III, 1. seqq.* Sed obiter haec dicta sunt, neque enim omnia, quae contra dico possunt, exponere volo. Id dubito tamen confirmari posse, quod Viro doctili placuit, ἀνθρώπινον λέγω verti posse: *humanum aliquid h. e. flagitium v. peccatum commissum a vobis (coll. v. 17.) loquer. Nam etiam satis docuerit ποιῶν τι ἀνθρώπινον et humani aliquid passum esse; in hunc sensum dici; hoc tamen non quaeritur; id erat docendum: ἀνθρώπινον λέγειν illam interpretationem inducere. Eodem modo non sufficir, quod constet, in aliquod vocabulum hanc illamve significationem cadere, si quidem in tota aliqua oratione talis locum habere haud queat; ut plane frustra egerit is, qui suscepferat opinionem: τὸν ἀλέκτορα, ad cuius cantum Christus se dixerat a Petro conuiictis lacerandum, nocturnum vigilem aut bucinatorem indicare, quia loca quaedam contulerat, quibus postea talis significatio afferi (vid. Bibliothe. Bremens. Claff. V. p. 452. seq.). Ea enim Poetarum sunt, quibus quis nec sit singendi aquam porestatem esse? et admodum dubii sensus; nec quisquam facile, cui de alectore noctu cantante audit, de alio, nisi de gallo, cogitabit. Prodest etiam vius loquendi haec tenus, vt, si per eum nunquam inducta fuerit propria vocabuli significatio, ea, quae ab illa propria ortum duxisse dicitur, tropica probari non possit. Nam quoniam translatio locum habere nequit, nisi habetas rem, cuius nomen traductum sit ad aliam, certe, si caret vocabulum significatione aliqua propria, translata non magis potest, quam effectus sine causa, existere. Quam ob rem in errore versantur ii, qui putent: ἐπιθετική χειρῶν (Ebr. VI, 2.) per metonymiam signi pro signato adhiberi ad dotes, et vero etiam vita-*

C

tas

tas, Spiritus sancti in animis Christianorum designandas, quod probari nullo modo potest propter ea, quod nusquam in libris diuinis legitimis ordinarias omnibusque credentibus communes dotes per maiorem impositionem traditas esse, quamvis extraordinariae iuris distributionae fuerint, ut Acto. VIII, 17. atque alibi etiam. Sed *χριστός ενδεικτής*, cuius fundamentum, ut ait Apostolus, apud Christianos sui temporis ponebatur, h. e. de qua re eruditiebantur, tanquam in doctrinae Christianae initio, doctrina est de ratione, fine atque recto usu illorum donorum, quae extra ordinem et ad miracula edenda ecclesiae apostolicae Christianis distribuebantur plerumque cum, cum baptismo ad Christianam religionem accederent. c. c. Act. X, 44-48.

§. VIII.

Iam si loquendi usus multum prodebet ad commentarios tropos et sermone proscribendos, profecto etiam opportunus erit defendendis veris et confutandis interpretibus iis, qui hos propter inscientiam admirtere nefas putent. Multis enim, qui omnia sensu linguaque sua meriuntur, non potest quin multa satis obvia, dura tamen nec villo modo tolerabilia videantur; quibus si monstratur exemplis idoneis, nihil insolentes aut inepti esse in aliquo dicendi modo, vel cedere cogentur, vel, nisi rationes afferant, cur aliquo in loco talis tropus, non insolens tamen in se, admittit haud queat, pertinaciae causa ostendere se errore defendere. In explicatione loci Ebr. IV, 13. sq. dantur paene multi, qui concipere non possint, quo modo, si *λέγω Θεοί* ibi interpretetur de Dei sermonibus minisque, quibus is reuocare homines ab impietate atque dissidentia in Deum voluit, quo modo igitur huic *λέγω* maxima secandi omnia et penetrandi vis, cupiditatem et cogitationum iudicium, et adeo oculi tribui sine summa orationis duritate et insolentia possint? quae ratio efficit sine dubio, ut illi CHRISTVM hic reperirent, quem notuerant apud IOANNEM *λέγον* dici. Verum illi, ut opinor, iudicassent clementius nec declinassent ad significationem rarissimam, et PAVLO forte ne auditam quidem, si legissent loca clarissima aliorum scriptorum, maxime PHILONIS, cui multa sunt cum PAVILLI oratione communia, quae collegit S. Ven. Vir. IO. BENEDICTVS CARPOVIUS (sacr. exercitat. in Pauli epistolam ad Hebreos. p. 200. sq.) neque modo

modo *λέγειν* et *γραπτον* sermonis diuini commemorant, sed vim sa-
candi arque iudicandi et vero etiam *pupillam visumque acutissimum*.
Cuius modi dictionis intelligentia eo magis est necessaria et diurna
lectione requirenda ab interprete, quo magis recedit a nostra; eam-
que ob causam videtur insolentior auribus eorum, qui parum assueti
sunt talibus. Angelum si quis, addictus modo loquendi populari,
reperiat commemoratum in oratione non poetice sed simplicissima,
non facile agnosceret nisi proprie ita dictum spiritum, improbamque
etiam et sacris verbis intimam clamabit interpretationem, quae tro-
pice haec dicta suscipit. At si didicerit, Ebraeos cuius fere rei praec-
ficero angelos moderatores (V. HARENBERGII V. V. *Explicat Apo-*
calyps. Iohannis p. 23 et 307); arque *πνευματα* non modo spiritus
dici, sed quamcumque vel animi vel corporis affectionem, ut *πνευμα*
κατανόεσσι (Rom. XI, 8.) quod nihil aliud Esa. XXIV, 10. nisi
πνευματα σοπον, *πνευματα επιθυμias*, *πνευματα, ειρωτας, αιχθο-*
νεδας, qualia contineri in vino pronuntiat *testamentum IUDAE* affi-
xiūm §. 16. (inter testamento XII. Patriarch. apud FABRICIVM Cod.
Pseudepigraph. V. T. Tom. I. p. 607.) septemque alii spiritus vitae,
vifus, auditus, olfactus, loquela, gustus, et coniunctionis obscenae,
qui ad errore peccatumque deducant, in *testamento Rubenis* §. 2.
coll. §. 3. (ibid. §. 521. sq.); praeerica ipsam scripturam omnia, in
primis extraordinaria, quibus Deus in hominibus vel puniendis vel
beandis vititur, more Ebracorum *angulos* appellare, non modo poe-
tice, ut Pl. LXXVIII, 49. coll. Exod. IX. sed in simplici adeo narra-
tione, ut Act. XII, 23: profecto; si modo sapit, non ita contemnet,
aut negleget in libros diuinos pietatis accusabit eos, qui *spirituum ma-*
lum, quo occupatus *SAVI*, rex Israëlitarum, legitur, *πελαγοντα*
vel aliud grauis morbi vel animi perturbationis genus, angelumque,
a quo PAVLLVS inquit (2 Cor. XII, 7) se veluti pugnis caedi, ve-
hementissimam tristiam aut aliiquid simile fuisse dicant, vel arbitren-
tur Io. V, 4. ubi angelus comminatur, qui aquam lauaci turbata
tam a te falubre morbisque tollendis accommodatam effecerit, nihil
aliud significari, nisi thermas singulari et admirabili vi sua certis tem-
poribus adfricta morbos ab aegrotis depellentes; si quidem in his
aliisque similibus locis ceterae res verbaque scriprorum sacerorum non
iubent, ut alia de interpretatione cogitetur. Denique et eo potest
loquendi

loquendi *vus* bene intellectus prodeesse, quod, quae significatio maxime sermonibus hominum aliquam linguam usurpatum trita sit et vñitata, doceat. Quod habet utilitatem non parvam; quoniam omnes consentiunt in pluribus verbi significationibus, quae obtinere aliquo in loco possint, eam, nisi grauissimae rationes obstant, esse eligendam, quae ceteris vñitator sit; proper ea quod prudentissimus quisque scriptor, perspicuerati, quantum possit, studet, hoc autem maxime perspicuitatem adiuuat, si quis populariter et ad plurimorum vel consuetudinem vel intelligentiam loquitur. Quod iterum confirmat, *λόγον* Ebr. IV, 12. de proprio sermone, non de Christo accipi debere, ita enim hoc vocabulum haud dubie magis est loquendo scribendoque usurpatum. Id ipsum *πτερον* Rom. VIII, 19. declarat, proprie res creatas indicare, non: credentes in Christum, ut quibusdam placuit, qui tropice ita appellantur; quamvis et illud eo confutari possit, quod illi nunquam *πτερον*, sed *κανόνις κτίσεως* nomine veniant. Et in loco illustri 1 Tim. III, 16. *ἄγγελοι*, quibus apparuit Christus, per hanc regulam non sunt doctores ecclesiae putandi, qui possent ita appellari, et si: fere appellantur in epistolis Apocalypses Ioannis, sed angeli proprii dicti, nisi obscurius, quam par erat, velis Apostolum esse locutum.

§. IX.

Quicunque igitur de propriis translatisque iudicare audet, ne istam rem sufficiat, nisi subtiliter *vsum* loquendi in aliqua lingua, cuius causa agitur, teneat, non e vulgaribus libellis aut commentariis, sed e curiosa scriptorum eiusdem linguae lectione, qua dicti talis *vus* rectius potest quam ducibus illis, qui saepius multis sunt erroribus et opinionibus praecognitis repleti. Quia in re mirum quantum adiuvari, in nonnullis etiam linguis, veluti Ebraea, e quibus non multi supersunt libri, carere nullo modo poterit, linguarum similitudine analogia. Etsi enim in cogitando homines sunt inter se dissimillimi, nec similitudines rerum eodem modo omnes intuenterunt: tamen non solum societate et commercio, sed ipsa etiam ingeniorum similitudine ducti fuerunt ad cogitandam variarum rerum cognitionem, illamque similibus verbis exprimendam. Quia re factum est, ut, in diversis liceat linguis, idem modus affinitatis significationum reperiatur, atque voca-

vocabulum, cui primum propria sua erat significatio adiuncta, deinde iisdem de similibus rebus in pluribus linguis usurpatum fuerit. Itaque si quis linguarum, praesertim earum, quae vel communem paene originem habent vel a se iniucem descendant, similitudinem agnoscit, certe is multa intelliget, quorum alii vel plane expertes sunt, vel quae illi obscure aut dubitanter mente concipiunt. Hoc enim modo et poterit ostendere, qualis sit ratio communicati cum pluribus rebus vocabuli et quasi significationum γενεαλογία, et depellere a tropis asperitatis atque insolentiae suspicionem, et significaciones qualicunque conjectura deprehensas ipso etiam linguae usu confirmare. SCHVL-TENSIVS, qui hoc in genere facile ceteris praestat, ad Proverb. XXII, 6. egregie τὸ ἔργον Ebraeorum componit cum Latinorum impinguere; quod cum non solum sit: *in os ingerere*, sed etiam ea, quae tingantur, aut madefiant, immo quae initientur f. dedicentur, inserviantur etiam, dicantur *imbui*, haec omnia asserit illi Ebraeorum ἔργον, indeque varia facrorum librorum loca explicat. Διχτομέν Matth. XXIV, 51. bene S. Ven. HEYMANNVS ad h. l. aliquie comparant cum Latinorum *discindere* vel *secare*, quod est de iis, qui fuste vel flagello lacerantur. Similiter in scholis suis Vener. Praeses, ad explicanda illa PAVLLI Apostoli I Cor. VII, 29. ὁ καιρὸς συνεστάθειν εἰ, quae *trifia* et *turbulenta* tempora depingere, vel ex ipsa re diuinando quis assequatur, adhibet loca ea Ciceronis, in quibus animi *contractio* est de *tristitia* vel *aegritudine*, vt Tusc. Qu. I, 37. quem ad modum et in Laelio c. 13. extr. bonis rebus *amicos diffundi* dicit CICERO h. e. laetari, sed *incommodeis contrabi*, h. e. dolere. Et huius generis possent paene innumerabilia produci, si nunc id nobis esset propositum.

§. X.

Neque vero haec via reperiendi discriminis propriorum et tropicorum vna illa el^t, qua quis ad illud agnoscendum perringerat, neque ad illam rem intelligendam sufficit propera ea, quod illa plerumque nihil ostendi potest, nisi posse aliquem tropum admitti, vel debere, si nulla adsit grauior ratio in partem contrariam. Quare alium cum illo superiori coniunctum fontem aperiamus, qui continetur sensu humano.

mano. Nempe cum omnis humana cognitio originem a sensu trahat, quem sequitur mens, quovisconque res vel contemplatur vel diuidat, homines vero ipsis rebus eodem fere modo moueantur: non potest fieri, quin, vehementer licet inter se multis in rebus discrepantes, multis tamen in aliis, non solum iis, quae a sensibus veniunt, sed etiam ipsis, quae mente et intelligentia iudicantur, admirabiliter consentiant. Quare non modo in notionibus insitis, sed et in naturali intelligendi, iudicandi ratiocinandi facultate contineri dicimus *sensum communem*, eosque illo defitutorum, qui nimis ab illa communi sentiendi ac iudicandi ratione deselectunt. Qualis sensus, ad quem exigi aliae vel notiones vel enuntiatae queant, quemadmodum existere potest apud omnes, qui sapient, propter ea quod vissi eodem modo afficiuntur, unde idem quoque apud omnes iudicium deprehenditur; sic, qui in certo aliquo rerum genere crebro earundem rerum sensu exercitati fuere, de ipsis rebus eodem modo sentiunt, et recte quidem; ramessi alii earum rerum expertes, vel in illo genere non exercitati admodum, vel concipere ea non possint vel non eandem earum certitudinem habere. Quare, ut hoc vtar, in rebus gestis iudicandis harum rerum periti atque vsu diuturno edocti multa vel probabilia vel ficta agnoscent, quae alii animaduertere nequeunt. Nec illis, qui hac consuetudine carent, illarum rerum iudicandarum tales canones tradi possunt, quales illis probentur nimis, quoniam omnem illud gustu quodam et sensu continetur. Idcirco ineptum est in huius modi rebus querere evidentiam, quam omnibus persuadere possis, quin potius magnus multorum dissensus cernitur, quoniam in singulariis rerum cognoscendarum formis non omnes rectissime instituti deprehenduntur, nec ad veritatem vel certitudinem apprehendendam alii idonei sunt quam qui eadem disciplina initati existunt. Magnam igitur opportunitatem habet id etiam in iudicandis propriis translatisque, si quis ad sensum vel omnibus vel aliqua in arte exercitatis communem, totam hanc rem reuocare possit, neque tum alii argumentis opus est. Sic qui 1 Cor. III, 12. PAVLVM loquente audit de auro, argento, marmore, ligno, foeno, stipula aedificii fundamento impositis, nemo ita hebes ac stupidus est, quin statim agnoscat, haec omnia tropice dicta esse et posita pro aedificiis ex aliqua tali materia extrectis; nec qui 2 Reg. IV, 40. mortem in olla commemoratam deprehenduntur.

deprehendit, tam ineptus est, quin mortem metonymice dictam pro mortiferis rebus videat. At in aliis difficilius est talia agnoscere. *Ἐπιλαμβάνεται* Ebr. II, 16. si interpreteris non de humana natura a CHRISTO assumta, sed de auxilio ab isto hominibus praefito per redemtionem; aut si λέγον, quo illustri nomine IOANNES in euangelio suo CHRISTVM appellat, vertendum esse dicas non verbum, sed legatum; aut verba Act. III, 21. ἀχει χρόνων ἀποκαταστάτων si velis hoc velle, quod dominus noster IESVS CHRISTVS mansurus in coelo sit, quamdiu tempora sint Notii Testamenti, h. e. usque ad finem huius terrarum orbis, ubi redibit ad iudicandos viuos et mortuos, ut ἄχει sit quamdiu, et ἀποκαταστάτων πάντων non restauratio omnium rerum, in extrema mundi acetate, hac ipsa in miserabili terra veluti ad paradisi statum immutata, vel adeo improbis post mortem aliquando, exspectanda, sed tropice tempus vniuersum, quod viuimus post mortem Christi, quod ita appellari potest non inepit, quoniam ἀποκατάστασις est etiam alius rei in meliorem statum eumque nouum plane, non renouatum, reductio, posteaque per metonymiam rei, que est in tempore, pro tempore ipso posita, esse potest pro illo ipso tempore N. T. in quo per salvatorem nostrum eiusque redemtionem omnia melius constituta fuere: haec, inquam, atque talia si audeas dicere, et quamvis vel vsu loquendi vel ipso texitus sacri argumento omniumque adeo sacrorum librorum auctoritate te munias: caue credas te omnium puncta latrum, sunt enim ista a plerorumque sensu abhorrentia, atque cogita quod aliquis dixit: non tam bene agi cum hominibus ut, quod optimum sit quaque in re, plurimi videant.

§. XI.

Sed erunt haud dubie multi, qui vereantur, ne ipso hoc, quod ad sensum nostrum renocandum suademus priorum et troporum iudicium, fauacimis illi haeresi, quae sibi dari debere licentiam credit omnia in sacris libris tradita ad sensum suum exigendi. Neque enim fugere quemquam potest, eos, qui omnem religionem a Deo in sacris libris patefactam vel a naturali nullo modo diversam putent, vel eam tamen ad rationem, ut aiunt, sanam metiri vbiuis velint, vocabulo sensus, atque adeo communis, ita abuti, ut, quidquid cum ingenio

ingenio suo somnisque non consentiat, hanc ipsam ob causam e decretorum diuinorum numero prostribant. Quae audacia si concedatur, non video profecto, quis vius esse sacrae scripturae possit; quod si enim disputari de eius veritate debet, certe nec regula fidei vitaque nostrae esse, nec adiuuare vel augere imbecillam, quam hauiimus e rerum natura, cognitionem potest. Itaque ne quis nos haerere eodem in errore arbitretur; quatenus illud iudicium ad sensum nostrum fieri debeat, premissus declarari necesse est. Primum non concedimus huius modi iudicium, nisi in rebus iis, quae non sunt a Deo deum in sacris libris propositae. Nam quaecunque iudicari possunt sensu nostro videntur, ea eius sane oportet esse naturae, ut vel sentiri sive usurpari sensibus queant, vel ex iis, quae sensu experti sumus, certa conclusione duci. Enimvero ea, quae nobis primum tradita fuere sermonis diuini beneficio, vel venire nobis nulli modo potuerunt in mentem, vel ne cogitatione quidem possunt a nobis comprehendendi. Quare nec potest fieri, ut ea, quae huius generis sunt, exigantur ad sensum nostrum. Aut igitur dicendum est: nihil neque noui in sacris libris a Deo patet factum esse neque quod mentem nostram excedat, istique, qui ita effugere volunt, alio modo confundandi sunt; aut confitendum, talia Dei decreta ad sensum humanum reuocari nequaquam debere, sed vnicum iudicari ad normam eorum, quae ipso in caelesti illo volumine eiusque locis perspicuis traduntur. Sed nec in illis propositionibus, quae nobis per rerum naturam cognitae sunt, vnicum admiserim sensus nostri iudicium. Etenim cum homines natura sint ad errorem proclives, atque fallantur saepenumero nimia iudicii praeceptione, nec satis res vel diuerna cogitatione examinent vel studeant doctiores aliorum prudencia fieri: sit saepe, ut multa consentientia cum sensu suo vel ab eodem abhorrentia putent, de quibus secus esent iudicaturi, si passi fuissent iudicij gradus fieri. Quam ob rem eriam in rebus iis, quarum vim videamus naturae viribus attingere posse, iustum est, in adhibendo sensuum iudicio, non nisi eas notiones sequi, quae perpetuo usu et experientia non modo nostra, sed eriam aliorum, qui satis cauti sunt, confirmantur. Tum, quoniam, quae e rebus recte perceptis recte etiam colligi argumentando possunt, eosdem habent veritatis numeros, quos ipsae illae notiones habent, quibus argumentum innititur; illa

illa non minus vera certaque putanda sunt, quae istas notiones passu non fallente sequuntur. In omni autem hac re nunquam ab interprete negligatur eius, quem explicat, loquendi usus, nec explicandas res iudicet is ad suum, sed ad cius, cuius verba interpretatur, sensum. Cum enim sit multis de rebus magna inter homines dissensio, ipsaque verba accommodentur a quo quis illis notionibus, quas in animo conceptas haber; certe nemo alterius assequatur sententiam, nisi, qualis illius animo obuerata fuerit, vel ex eius professione alibi facta, vel, si eareperiri nusquam possit, ex mente opinionibusque eorum, quibuscum vixit aut librum destinauit, accurate percepere. Finge, ut disputationi exempla non desint, duo philosophos; alterum, qui nihil existere posse, arbitretur nissi re alia, quae ante illam existierit; alterum, qui id, ut noua res existat, necessarium non putet. Iam finge hunc dicere: mundum ex eo, quod nusquam erat, existuisse; quomodo id alterum interpretatur credis? Certo sic, ut dicat ea, quae nusquam sunt, tropice intelligenda esse, illumque superiorum hoc velle: mundum existuisse ex iis, quae sub aspectum non cadant. Unde est iste in interpretando error? Ex eo profecto, quod is ad sensum suum verba alterius renulerit. Vides igitur quomodo multi ex eo, quod PAULLVS (Ebr. XI, 3) τὰ θεοῦ λέγει affirmet existisse ἦν ὁ Φαρισαῖος, quomodo, inquam, multi creationem, quam dicunt, ex nihilo demonstrant, contra BELLOSORIVS, vir acutissimus, qui illam doctrinam singulari disputatione (in his. Manichaeismi T. II. p. 204. seq.) labefactauit, nihil talis in illis verbis videat. Et nostri homines quomodo in propositionibus iis, in quibus IESV tribuuntur infinita, proprietatem agnoscant, ZWINGLIUS et eius discipuline dediri, translationem? Nostri summae IESV CHRISTI sanctissimique Spiritus cum Pare paritatem, aliū diuisitatem impropria? nempe quoniam hī ad sensum suum, nostri magis ad consuetudinem loquendi et loca clariora ecclesiis voluminis omnia talia exegerunt. Sed regulas ponamus.

§. XII.

Principio (I) dubitari non potest tropum admittendum esse, si verba proprie sumta omni sensu destituuntur, aut tali saltim, qui effecti ex usu loquendi possit. Quod est in causa, ut, in loco ita diuersis interpretationibus deformato 1 Cor. XI, 10. ἐξεστα, quam in

D

capite

XXVI DE DISCERNENDA PROPRIA

capite habere feminae iubentur propter angelos, non *potes̄as* esse possit, sed *velum*, quod *ἐξοτί* appellatur, quoniam eo sumto et capiti iniecto, vxores confiteri mariti sui in se potestatem debebant; ut sit metonymia signati pro signo. Porro (II) illa sive propria sive tropica significatio admitti non potest, qua efficeretur, ut verba in p̄tam exprimerent sententiam vel in se, vel si verba sive sapientis, imp̄risque Dei. Illius generis exemplum sumamus clangorem tubae, ad quem morui ad vitam revocandi dicuntur 1 Cor. XV, 52, in quo tamen proprie sumto quisvis videat nullam vim esse ad vitam mortuis reddendam; sed si quis illam ultimam rubam explicet, vt est in 10 AN-
NIS Apocalyp̄i, de vehementibus illis atque terribilibus postremi temporis motibus Luc. XXI, 25. quibus, instare extrellum generis humani iudicium, significabitur, imagine a iudicis sumta, quae tuba indici apud Iudeos solebant; nihil erit in ista interpretatione duri. Posterioris vero exemplum præbet sensus is, quem multi dant verbis Gen. III, 22. quae volunt per ironiam sic explicare, ut Deus quasi ludibrio miserabiles homines prosecutus dixerit: Ecce quam homines sapientia sua nostrum similes facti sint! qualis oratio haud scio an Deum deceat? neque enim Deus ludit in rebus seriis. Praeterea (III) si attributa de subiectis dici non possint, tropum admittendum esse nullo negotio perspicitur, ut, cum de Deo hominum affectiones et incommoda, atque vicissim de rebus effectis summas virtutes Dei usurpari in facris libris audias; veluti si somnus, si quies, si irrisio, si multa denique alia poëticæ magis quam humane, ut aliquis dixit, Deo tribuantur h. e. sic, ut tales imperfectos leguendi modos non postulet necessitas, et illi paene proprii facti sint; aut si sermoni minisque ditinis Ebr. IV. vis iudicandi, secandi penetrandique asseratur; nulla admonitione opus est, ut intelligas tale attributum improprie de subiecto dici. Sed habet tamen ista res cautiones quasdam. Primam hanc, ne reciprocandam putemus regulam, nec iudicemus, ubiunque subiecto proprie attributum consentiar, illud proprie, nunquam translate capiendum esse. Potest enim de eodem subiecto idem attributum et proprie et tropice dici, atque hoc inferiori modo nonnunquam crebris. Itaque in loco 1 Tim. VI, 16. cum Deus appelletur Θεὸς τὸν ἀπόστολον, τὸν ἐδεικνύθειν, εἰδὲν διώτατον, certum est quidem utrumque

que attributum de Deo proprie verum esse; fugit enim omnium hominum conspectum, et, quamquam immensus, saepenumero tamen in sacris libris tanquam in caelo habitans describitur. At quid est, quod paene omnes, illud saltus superius, decernant translate intelligendum esse de eo, quod nemo mortalium naturam virutemque diuinam assequi cogitatione possit? Magis illud nimurum videtur consentaneum, et est profecto; nam et frigus, si proprie verba accipias, oritur quodam modo in oratione longe splendidissima, et translatio cum aliis locis, veluti Ioh. I, 18. i Ioh. III, 7. magis consentit. Quod si verum est, tum quoque alterum, *Deum habitare in lumine inaccesso*, impro prium esse intelligitur, si ut vinum attributum alterum explicet. Altera cautio talis est, ut videamus, pertineantne attributa ad duplex coniunctumque subiectum? Tum enim potest existere, ut attributorum quoddam vni quidem non competit, sed alteri tamen, proprie; quare ne statim concludas, istud attributum tropice intelligendum esse. Si Genes. III, 14. 15. ea, quae Deus post hominum lapsum ei, qui illos ad peccatum induxerat, minatur, partim ad malum daemonicem pertinent, partim ad anguum, quo ille abusus fuerat (potest enim ira non male accipi): certe non necesse est dicere: phrasē has: *ventre repere, pulueremque devorare, impro prias esse de miserrima et abiectionissima superbii genii conditione, sed de serpente maxime proprie valent*. Et oraculum 2 Sam. VII, 12. sq. quod propter orationis contextum de Salomone, propter alia autem loca, Psalm LXXXIX, 30. 37. 38. et Ebr. I, 5. de Christo accipendum videtur, si explices; non est tibi eo confugiendum, ut dicas Salomonī aeternum regnum tribui hoc modo, quod diu posteri ipsius imperium Iudaicorum renuerint, quippe quod locus e Psalmo citatus nullo modo admittit, sed illud aeternum regnum propri Christo afferendum est. *Tertia* pertinet ad propositiones, quae coniunctioni diuinæ humanaeque naturae in Christo factae initiantur. Nempe quoniam haec naturae vere ac proprie coniunctae sunt in unam personam, consequens est, etiam has propositiones, quae hinc coniunctioni accommodate enunciantur, proprie intelligendas esse, tamersi fuerint, qui, cum metiri arcanam huius rei naturam ad ingenium suum vellent, nil nisi tropos his in enunciatis reperirent. Sie Phil. II, 11. Iesus Christus appellatur Κύρος h. c. summus proprie ita dictus Deus, (Γεν.), et i Tim. III, 16.

D 2

Deus

XXVIII DE DISCERNENDA PROPRIA

Deus dicitur Θεός ἐν στοχῳ. Conf. et Ebr. I, 3. extr. Act. XX, 28. cert. Sed hoc omne in doctrinis Christianis latius disputandum est. Vide interim praeter loca Parvum a 10. GERHARDO CIRATA in locis theolog. Tom. I de persona et officio Christi §. 75. 76. in compendio Formularum concordiae Art. IX. Neque minus (IV), si hac in causa interpretatione frigida existeret, ea admitti vlo modo debet. Quam ob cauillam nobis certe illi non placent, qui pugnam PAVLLI Apostoli cum bestiis i Cor. XV, 32. tropice interpretantur sic, vi dicant, eum hoc sibi velle, quod sibi multis cum ferociibus hominibus decerendum fuerit. Nam etiam si hunc sensum verba non refugiant; at quantum frigus oriretur orationi Apostolicae, si in exemplis talibus, quae, summo in vita periculo Christianos ipsoque Apostolorum verfari quotidie, docere debent, hoc ponitur, quod PAVLVS multos etiam hostes expertus sit? Ac isti, qui nos vna diuina persona contentos esse iubent, atque volunt, Filium Dei Spiritumque sanctissimum non summum Deum esse, sed quasi Deum, vel attributa Dei, vel tamquam diuersos diuinac naturae modos; isti igitur quomodo non sentiunt, si ita res se habeat, verba ea frigidissima esse atque diuino ingenio longe indignissima, quibus Christus, (quem tamen, si Deum non velint, hominem diuinum agnoscere sapienter et sine errore locutum) discipulis praecipit tingere sacra aqua homines in nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti? Nam cum Iudei, quorum in dicendo consuetudinem haud dubie fecerit est Christus, circumcisum aliquem in nomen aliuinus dicant, si ipsa circumcisione addicetus eius cultui fuit (V. SCHOETGENII horas hebr. ad Matth. XXVIII, 19. p. 239); negetque ipse Deus Esa. XLII, 8. se nomen honoremque suum esse cum aliis communicaturum: quid potest esse ista interpretatione ineptius? Ac isti in interpretatione peccato paene simile est V) illud, si admisso tropo propositio identica existit, vel eadem res explicatur per se ipsa. GROTIUS alique magni viri, cum ad explicanda verba Rom. VII, 15. ὁ γὰρ νατεγάλουαι, & γινώσκω, delati sunt, illud εἰ γινώσκεν volunt esse: non approbare, vt Ebraeorum γνῶμα primum notitia, post etiam probandi notionem adjunctam habet. Quae significatio non condemnanda est quidem, sed vereor ne PAVLLI oratio sic eodem semper reueluatur. Nam si diceret: Ea, quae faciam, non probo; eo statim adiiciat: neque enim, quae velim, ista facio; non

non idem planissime diceret? Itaque retinenda est propria τε γνώσ-
τεω significatio, ut PAVLLVS, insitam omnibus hominibus et innata-
lam labem commemorans, se ipsum dicat ignorare ea, quae committat,
talia enim se facere, quibus nullo modo delectetur. Denique
(VI) vitiam huius generis obseruationem subiiciamus. Si cui nihil
est propositum, nisi vt alios doceat; non queret aurium delectatio-
nem aut pulchritudinem orationis, sed vnam perspicuitatem: ac
etiam si quis sapiens non illam vnam sectetur, sed sermonis quoque
elegantiam perspicuitati adiunctam; neque tamen sic infliset oratoris
ornamentis, vt iis sublata prima orationis virtus, perspicuitas, videa-
tur. Iam si sapientissimus quisque hunc modum teneret in dicendo;
optimam illam vere salubrisque sapientiae magistrum, scripturam
iacram, deflexisse ab ista via putemus? Minime vero. Quod si ergo
translario videtur aliquo in loco sacerorum librorum esse, quae effi-
ciat, vt lubricius ambiguusque sensus existat, nec certus esse lector
possit propriene an tropice verba sint intelligenda? nonne ista arcenda
a sacris verbis atque existimandum videarentur, diuinum scriptorem non
proprium sed tropicum sensum significare voluisse? Sed habet tamen
ista res modum suum, de quo breuiter disputabimus, ne quis ipsum
hoc a nobis propositum praeceptum vanum putet aut magnae dubitationi
obnoxium. Primum non omnibus in locis diuini voluminis Deus
vnice ac praecepit; perspicuitatem fecutus est, sed sapientem potius
verborum obscuritatem, qua yeluti inuolueris obvolueretur ver-
borum rerumque sensus, non modo ne, quae in vaticiniis essent
proposita, impedirent intellecta ab iis, in quos ea dixerat Deus,
sed vt et sensim atque pro modulo cuiusque aetatis Ecclesiae, rerum
diuinarum agnitione promoueretur, ac aceretur lectorum diligentia et
fides seruorum Dei ipsa verborum obscuritate aleretur. Praeterea
nobis quidem multa obscura videri possant, quae satis habebant cla-
ritatis tempore eorum, quibus principio ab ipsis scriptoribus libri cae-
lestis tradebantur, propterea quod verba erant loquendi consuetudini
istius aeuī aut moribus, disciplinis, sententiis denique lectorum ac-
commodata; quarum rerum notitia cum prodeunte tempore vel ob-
literata prope modum vel incerta tamen redditā sit, necesse est sane
etiam in loquendi modo, qui se ad illos referebat, magnam saepius
obscuritatem existere. Postremo in locis iis, quorum, non modo pri-
morum lectorum sed nostra quoque intererat, sensum bene tenere,

non vituperandum est illud quidem, quod sacri scriptores verba dubia usurpauerint atque obscura, dum, adiectionibus atque aliis verbis vel in loco ipso vel in similibus, obscuritatem a genere dicendi depulerint, efficerintque ut cauti lectores verum certumque sensum reperiire magna sine difficultate queant. Quare hoc quidem teneamus: interpretationem tropicam, si loco explicando obscuritatem inducit atque sensum fluctuantem, repudiandam esse, sed tamen hac lege: 1) nisi doceri possit, in interpretandis verbis ipsam quodam modo obscuritatem Deo fuisse propositam; vel 2) apud nos quidem non visitum esse sed obscurum et incertum loquendi modum, at pristinis letoribus non item; vel 3) scriptores diuinos, adiectis verbis aut explicatione dubiorum enunciatorum alibi data, satis peruersum loci doctrinaeque interpretationem impediuerit.

§. XIII.

Iam vt ista, quae diximus, clariora fiant, appareatque qualis sit huius admonitionis usus in facrorum librorum interpretatione; age pressius rem persequamur, canonesque inde manantes cum exemplis ponamus, Principio 1) significatio propria potior videatur translataque praferenda, cum possit ostendi, scriptorem diuinum, si ea, quae improprie, vt nonnullis placet, posuit, declarare voluisse, magis perspicue loqui, assumto proprio vocabulo, potuisse. Quod est in causa, cur non proberetur nobis sermo eorum, qui dicant, verbis IESV CHRISTI: Τέτο εσι τὸ σῶμα με, inesse tropum hoc modo, vt εσι exprimat non id, quod sit, sed illud, quod significet Christi corpus; multo enim magis sapientiae Salvatoris nostri, eiusque studio propiciandi, ne quid Ecclesie sua controuersiis attingerumque concitatione detrimenti pateretur, accommodatum erat, usurpare vocabulum: σημαντικει, quod unum omnem item atque vehementissimam inter Christianos super ea re discordiam extinxisset, securus quam illud obscurius εσι, quod trahi poterat in vitramque partem. Atque κτισις Rom. VIII, 19. corpus humanum aut Christo deditos indicare, vel si vocabulum αγγελων 1 Cor. XI, 10. speculatores, proditores ab aduersariis Christianorum ad vitam cultumque eorum explorandum missos significare deberet; rectius fecisset PAULLVS, si posuisset vocabula magis perspicua; quae cum non adhibuerit, non necesse

necessè est quemque maximam verborum proprietatem in interpre-
tando sequi? Eadem nobis via tenenda videtur II) in locis istis, vbi
dogmata traduntur, in quibus proponendis nemo, qui sapit, vtitur
tropis, nisi clarissimis aut fere talibus, qui naturam priorum in-
duerint; maxime tum, cum ista loca sint classica et doctrinarum quasi
fedes; qualia in primis perspicua esse debere, et ea etiam esse in
divino volumine omnes, qui vnam summamque sacrorum librorum
auctoritatem agnoscent, uno ore confitentur. Id quod iterum con-
firmat communem Ecclesiae nostrae sententiam de verbis, quibus sa-
crae coenac sollemniter Christus suis imposuit; simulque declarat
loca ea, in quibus aeterna improborum supplicia dicuntur, omnino
proprie esse sumenda, nec longinquum tempus in locum aeternitatis
substituendum; praesertim cum ipsi illi, qui ausi sunt aduersam sen-
tentiam defendere, non negent, proborum hominum felicitatem, quae
ab ipso Christo Matth. XXV, 46. componitur cum aeternis malorum
suppliciis, sine fine existirant. Porro III) quoniam ii, qui admone-
nere alios de officiis argue ad virtutem excitare cupiunt, veluti legis-
latores et alii, non cothurnis incedunt, sed planissime atque ad cuius-
vis intelligentiam accommodate loquuntur, nisi persuasi sint, lecto-
res etiam in translatis interpretandis nullo modo esse haesitatores;
facile est ad intelligendum, candem proprietatem ab interprete in lo-
cis sacrorum librorum esse retinendam, in quibus de vita moribusque
hominum praecipitur. Hanc obseruationem transferamus ad locum
Act. XV, 20. quem nemo nescit maxime propter *neglectas* vocabulum
disputationi ab interpretibus fuisse subiectum. Quorum multi illud
translate voluerunt sumi, de mercede meretricia, de idolorum cultu
vel aliis de rebus, quas enarrare non est necesse, cum alii istas opini-
iones collegerint, veluti SPENCERVS, qui super isto Apostolorum
decreto disputationem integrum libro II. eruditus operis *de legibus He-
breorum ritualibus* subiecit, Cap. I. Sect. II. Sed propriam vocabuli
significationem rectius defendant alii, nec quenquam impedire deber,
quam secus sententes de hac interpretatione deduxisse video, obscu-
ritas rationis scortationis interdicta, quae numquam non possit esse
in *vito*, enim ceterorum in hoc decreto commemoratorum *vitus* non
perpetuo sit omniq[ue] modo reiiciendus. Apud multos enim illius
aetatis Christianos e deorum cultoribus factos sum, vt vel e priori

XXXII DE DISCERNENDA PROPIA

PAVLLI ad Corinthios epistola constat, valebat opinio, voluptatem
 veneram extra coniugium non esse in vitiis ponendam. Denique
 IV^o eriam in rerum gestarum narrationibus, quas qui ih litteras retu-
 lerunt, nisi vel ingenio vel eloquentia placere lectoribus studeant, so-
 len^t simplicissime, quid factum sit, propontere; in his igitur perspi-
 cum est maximam verborum proprietatem exspectari debere. Quae
 res obscurata multis occurrit somnis, quibus historiam faciem non
 nulli, allegoriis etiam ad libidinem ficti, inquinatur; veluti ii, qui
 in historia de primo parentum generis humani peccato nescio quid
 obsceni adumbratum videbant, aut in historia de Iacobo cum angelo
 luctante nihil, nisi intentissimas preces, quibus velutum cum Deo lu-
 ceti saepius probi homines dicuntur; quod est utrumque ab istis nar-
 rationibus longe alienissimum. Sed in omnibus his rebus, quibus
 diximus proprietatem detrahendam non esse, semper teneamus cau-
 tiones eas, quibus hos canones aduersus abusum munivimus. Quam
 ob rem mirari non debemus, in Salomonis proverbiis aliquis minu-
 tis sententias, quas non modo non dedecet obscuritas, sed pulchritu-
 dini et ingenio agnoscendo asseruire solet, multa translate dicta
 esse; nec reprehendi potest obscuritas verborum, qua Christus viuter,
 cum, de vita Pharisaeorum doctrina discipulos admonitus, ca-
 vere istos sibi de Pharisaeorum fermento debere praecepit (Math.
 XVI, 6); erat enim usus imaginum et figurarum istis ad acciendam
 intelligentiam et studium; aliasque ob causas, ut ipse Christus ait
 Matth. XIII, 11. sq. & alibi, vehementer necessarius. Neque mi-
 nor, quod Paulus Apostolus, cum suas res resorat 2 Cor. XII, 7.
 mala in corpore passa ita tropice depingat, vt se dicat ab angelo ad-
 versario veluti pugnis caecum, aut quod Lucas Act. XII, Herodeni
 affirmit ab angelo fuisse percussum, cum vehementissimis doloribus
 vermisque in corpore natis consumitus fuicit; ita enim haec voca-
 bula, ab angelis sumta ad exprimendam extraordinariam poemam a
 Deo immisum, vnu apud Iudacos comprobata erant, vt paene pro-
 prii exultimari possent. Atque, vt tertiae illius supra politae cau-
 tioni exemplum non neglectum videatur, afferamus praeceptum Christi
 Ioh. XIII, 14. de pedibus aliorum ablwendis; quod tametsi magnam
 speciem proprietatis habeat propterea, quod Christus haec verba ad-
 debat, postquam ipse hoc humanitatis officium discipulis praefliterat;
 quare

quare exsisterunt etiam, qui proprie, propter haec verba Christi, eius in ea re exemplum imitandum dictarent: tamen est translato sensu sumendum, vt Christus non eo suum proponat imitationi exemplum, vt Christiani inter se pedes abluant, sed vt submissionem animi et obsequium, hac re demonstratum, imitentur. Neque enim Christus illa re praeceptum se ait dedisse, sed exemplum (*πρότερυα*), nec iuber, vt idem illud, quod vidissent, faciant, sed vt agerent quem admodum se vidissent facere atque haec ratione verborum et modo satis peruersae interpretationi occurrit.

§. XIV.

Reliquum est, vt tertium aperiamus troporum iudicandorum fontem, ipsam sacrorum librorum significationem, quae tantum abest, vt seponi negligique debeat, vt potius plerumque ceteris huius rei reperienda modis praferenda videatur propterea, quod et diuinum est quasi testimonium, cui committente nos longe optimum sit et a periculo labendi remotissimum, et, quas superiores, quos indi-
eauimus, fontes non proferunt, ea extra omnem dubitationem ponit. Habet vero ille fons tres veluti riuiulos: loci ipsius contemplandi verba, sermonis contextum, loca denique similia; de quibus omnibus eorumque variis modis pressus est, adiunctis quoque exemplis, dicendum. Ac primum ipse ille locus, cuius causa agitur, rem potest dirimere (I) adiunctione contrarii, quae, vt in omni significatione reperienda, sic maximum hic habet nulloque modo fallentem usum, si istius alterius, quod oppositum est, vocabuli significatio constat. Patriam illam meliorem eamque caelestem, quam antiquissime patriarchae dicuntur a Paullo Ebr. XI, 16, interpretantur plerique de celo, optimo omnium proborum nominum domicilio, rectissime quidem, quoniam illa eo in loco opposita legitur patriae terrenae ab ipsis relictae. Sed intercedit GROTIUS, vir acutissimus, qui Hierosolymam vult intelligi, illamque urbem ait *caelestem patriam* appellari haec tenus, quod sit imago summi caeli; non bene profecto; nam paulo ante v. 14. εὐφυλέστε dicuntur patriarchae ἐτι πατρόδοξη εἰμι γῆς σὺν; quallem vero? terrarum orbem; profitebantur enim v. 13. ἐτι ζέοι καὶ παρεπόνους εἰσωκεῖτε γῆς, et erant mortui κατὸ τοιούτου, πέργωσσε τὰς ἐπωγγελιας δόκτες καὶ δοπισθέντες. (II) Poneat etiam

E

XXXIV DE DISCERNENDA PROPRIA

etiam eidem rei iudicandae inferuire adiunctio modi alicuius rei, qui, quemadmodum res ipsa sit intelligenda, declarat. Nemo propterea haeret in verbis his Iuc. XI, 14., quibus δαιμόνιον, quod Christus expulit e quodam homine, dicitur κυρῖος; nam verba subiecta: τοῦ δαιμονίου ἐξελθόντος, ἐλάλησεν οὐ κυρῖος fatis declarant, κυρῖος non mutum fuisse δαιμόνιον, sed per metonymiam tale, quod vsum linguae in illo homine impeditur. Obscurior haec significatio posset esse Psalm. II, 7. in vocabulo בָּנֵי body, ad ostendendum,

locum istum propriæ de æterna filii Dei generatione accipendum esse, non translate de diuinitate eius per redditum e mortuis demonstrata, vt vsum est multis antiquæ ac recentioris Ecclesiae doctoribus; sed est tamen aliqua significatio. Etenim cum Christus se generationem suam annunciatum esse hominibus spondeat tanquam *hodie factam*; is vero non denum post redditum ad vitam, sed plane ante mortem se saepenumero declarauerit filium Dei: intelligitur haud dubie, ad nouam vitam Christi haec verba pertrahenda non esse, sed ad æternam eius a Deo Patre generationem; maxime propterea, quod Christus se hanc generationem suam promittit hominibus propositurum ad mandatum Domini, qui ad ipsum sit ista de te locutus; quod ipsi cum datum nullo, vt videtur, alio quasi tempore concipi queat, nisi ab aeterno, consequens est, ipsam etiam illam generationem æternam hic esse quaerendam, sive בָּנֵי de praefenti tempore, sive cum aliis de aeternitate accipias. Eundem, quem modo rei proposito tribuimus, vsum praefstant (III), ipsæ cum illo propemodum caedem, res rei narratiæ adiectæ s. περισσοτες, quæ tamquam nomenclatores sunt, lectorum de illa re vel proprie vel tropice sumenda admouentes. Ut cum Matthæus c. III, 9. verba ibi conmemorata narrat a Ioanne Baptista, et alia c. XI, 7. a Christo in loco deserto, lapidum atque arundinis copia vberrimo, dicta fuisse; ex illius loci natura facile intelligitur: neque lapides, e quibus Ioannes ait Denim nullo negotio Abraham liberos excitare posse, de idolorum cultori bus, quod multi, neque, quod plerique volunt, arundinem de homine parum sibi constante accipi debere, sed plane proprie. Nec fatis mirari quo, quod multi locum Matth. XXIII, 25. ἐπωθεν τὰ ποτηρία καὶ παρεψίδες γένουσιν ἐξ αἰρετοῦ καὶ ἀγενετος (ἀδυτος) proprie

proprie sumserint, nec cogitauerint, non modo tum verba Christi v. 26: quod, purificate interiore calcis parte, etiam exterior pura extirra sit, veritati non consentire, sed id etiam abhorre a fumma et religiosa Phariseorum mundicie, qui nihil cibi ne illotis quidem manibus attingebant, sed, ut ait Marcus c. VII, 4., etiam vrceos aliaque vasaa diligentissime cluebant, tantum abest, ut munda intrinsecus pocula patinasque non conseruassent. Sed tropica interpretatio elegantissima est, aliisque Christi de Pharisaeorum improbia impuritatem sermonibus accommodatissima; similes enim quis nescit animos eorum poculis patinisque fuisse, quarum externa facies splendiferissima est, sed interna parte nihil deformius? Sunt etiam (IV) attributa rei nonnunquam ita clara et expressa quasi, ut, quomodo subiectum sumendum sit, nulla dubitatio possit esse prudentibus et opinionum inanitate non corruptis. Idcirco, frement licet omnes, qui sunt propriæ a IESV CHRISTO praefitiae satisfactione inimici, nunquam impedient me, quin eos omnium hominum stultissimos putem, qui agnoscere eam haud velint, sed Christum non nisi improprie in sacris libris Pontificem maximum appellatum fingant. Nam illa eius comparatio cum sacerdote V. T. summo Ebr. VII. et seqq. a Paullo instituta, ita perspicua est et ita superior omnibus conclusiunculis, atque attributa, quae Paullus usurpat ista de redēctione hominum per Christum, tantæ euidentias, ut maiorine stultitia an impieate, qui eius proprietatem impugnant, teneantur, vix audem dicere. Neque enim profecto Pontifex M. inter Iudeos sola institutione aut precibus causam eorum agebat apud Deum, sed sacrificia, eademque cruenta, offerebat; quocum quoniam compositus Christus Ebr. VII, 27 dicitur *scissum obtulisse*, quomodo non vera eius mors dici potest salutem hominibus paruisse? Et cum Christus Ebr. IX, 12. non dicitur *τέλει γεννητος κατά την ιδέαν αὐτούς αὐτούς την εἰρήνην* dicitur, atque tum demum adyrum sanctissimum, h. e. caelum, ingressus: quomodo aliter, quam sanguine effuso, redemisse nos potest existimari? aut quomodo defendere se possunt ii, qui non in terra, sed iam in caelo demum, Pontificem nostrum eum esse somniant? Ac si in locis iis, quae, nemine contra dicente, doctrinam de iustificatione tractant, qualia sunt Rom. III. seq. Ebr. VIII, 8-12. plauissime caelestis voluminis verba Christum affirmant propositum

XXXVI DE DISCERNENDA PROPRIA

situm esse ἀλεσθέον, ut simus δικαιόμενοι διὰ τῆς πίστεως ἐν τῷ αὐτῷ
 αἴματι. εἰς ἐνδείξιν τῆς δικαιοσύνης Θεοῦ, διὰ τὴν πάσσον τῶν αἵματων
 (Rom. III, 25.) atque (c. IV, 6. 7.) lectores remittunt
 ad Ps. XXXII, 1. 2., vbi beati dicuntur hi, quibus peccata condona-
 ta sunt et veluti oblecta, et (Ebr. VIII, 12.) Deum inducunt promit-
 tem, se velle propitium peccatoribus esse; nec ὅμιλον commissorum
 ab ipsis peccatorum recordari: quis possit sine admiratione atque dolore
 audire eos, qui tamen non in peccatorum remissione benignissimoque
 Dei de hominil us iudicio, sed in animi ac voluntatis emendatione iu-
 stificationem volunt, abiecta verborum sacrorum proprietate, quae-
 rere? Postremo (V) ubique allegoria, et vniuersa orationis quasi
 comprehensio e translati reperitur composta; haud inepte coniicies, si
 significacionem vocabuli, de cuius vel proprietate vel improprietate
 quaeritur, ad vniuersum huius modi orationis habitum conforma-
 veris. Vnde longe inepissima est ratio ab EPIPHANIO excogita-
 tata, qua confirmare studet restauratum iri corporis ab animo se-
 parati cum animo coniunctionem, eo, quod, quoniam dentium
 stridor, quem Christus impialis supplicia post mortem suffimenti-
 bus tribuit, Matth. VIII, 12, sine corpore esse non possit, cor-
 pora eorum ut e sepulchro redeant, necesse sit. Quae ratio vix
 digna est seria confutazione, ita vana est et ridicula; sed absti-
 nuerit EPIPHANIVS ab arguento ad extorquendum adver-
 riis risum quam assensum accommodatore, si cogitasset, omnem il-
 lum sermonem Christi allegoriam esse, in qua verborum non sit pre-
 menda proprietas.

§. XV.

Alteram huius generis formam dicimus contineri orationis con-
 textu, eodemque tum superiori tum inferiori, que forma hos fere
 habet modos: *Primum* (1) quoniam sermonis vniuersi consilium
 magnam haber omni cum oratione coniunctionem, quippe quod ali-
 as ex ipso hoc contextu perspicitur, alias magnum ei accendit lumen;
 videndum est, quidnam sit differenti aliquo in loco propositum, er-
 a quanam re ducta vniuersa oratio; qua cognita, propriene an tro-
 pice verba sumenda sint? intelligere nihil negotii est. *Disputant*,
 ut hoc utr, qualem sui functionem spiritualemne, quae sit per fidem;
 an sacramentalem, ut aiunt, significauerit Christus in loco celebri
 Ioh.

Ioh. VI, 48. sq. 53. sq.? obtinuitque illa superior interpretatio principatum apud nostras Ecclesias doctores, rectissime quidem et ad consilium Christi accommodatissime. Nam et expectari a salvatoris nostri sapientia potest orationis perspicuitas, quae nulla esset, si ipsi fuisset propositum, auditores graueriter adhortari ad aliquam rem, de qua nihil quidem audierant, (neque enim iam tum institutus est sanctissimae coenae vsus), et multa in superioribus loca idem, quod nostri Christo tribuunt, consilium ostendunt. Etenim cum Christus v. 27. monuisset, vi cibum conficerent manentem in aeternum, istaque, qui erant praesentes, quaererent: quid sit faciendum sibi, ut ad voluntatem Dei accomodate agerent, responder Christus v. 29.: hoc esse Deo dignum gratissimumque factam, si crederent in eum, quem ille misser h. e. in Iesum. Cumque denuo se v. 33. *panem* appellasset descendenter de caelo, atque illi insisterent, ut ipsis daret eum; *dixi tam vobis*, inquit (v. 36.), *quod etiam si videritis me, tamen non credatis*, repetitque ista fere, non obfure profecto, vers. 40. 45. 47. cer., ut dubitari de isto sensu nulla cum ratione idonea possit. Deinde (II) comprehendens est cuius locus cum iis, quae vel praegressi sunt vel sequuntur. Sit enim saepenumero 1) ut ibi clarissime res explicitur atque definitur ab illo ipso, qui loquitur, proprie voluerit an tropica verba intelligi? Quam observationem qui sequi volet, facile animaduerter plerosque sensum verborum 2. Cor. II, 15: Χριστὸς ἐσμεν non capere, atque ad eum repetiendum sua sponte quasi delatum se sentier. Nempe quemadmodum v. 14. Deus dicitur τὸν ὄντα τὸν γνώσας Χριστὸν φανερὸν δι' ἀποστολῶν h. e. adhibere Apostolos ad bonum veluti odorem Euangelii longe lateque spargendum; quomodo non intelligeretur, cum ita Paulus Apostolus appelleret Χριστὸν ἐνδεκτόν, duplitem in his verbis contineri metonymiam, unam, qua Christus positus sit pro doctrina de Christo s. Euangelio, alteram, qua Christus sit pro iis, qui bonum Euangelii odorem, h. e. longe inundissimum eius argumentum, vindicunque dissemint? Ac si vel maxime non ita expressa sit verbis vera verborum dubiorum significatio, 2) tota tamen compositione eorum cum superiori oratione et inferiori, docet non raro, quomodo sint illa interpretanda. Matth. XVIII, 10. si quis dicat τῷ μηνῷ τούτῳ Apostolos, improprie; erant enim contemni satis: nego id ita esse

XXXVIII DE DISCERNENDA PROPRIA

esse arque τές μάρτιος defendō *infantes esse proprie*; est enim de ipsis
omnis ante instituta oratio. Contra Rom. IV, 17. οὐαὶ ποιεῖν ταῖς
μάρτιοῖς καὶ καλεῖν τὰ μὴ ἔτη, etiam si proprie dici de Deo que-
at, non tamen est ita dictum in illo loco, sed translate omnino sic,
ut sit vitam quasi arque vires reddere emortuis et robora destitutis,
efficereque, ut ea, quae per naturam rei esse non possint, virtute
diuina existant. Nam docet v. 19., omnia ista verba pertinere ad
Abrahamum, ὃς ἐπιτελεῖ τὸ ἔκτιτό τῶν πατέρων τὸν
νέκειον τῆς μάρτιος Σάδης, ut vanum sit argumentum, quod vo-
lunt nonnulli, sine assumtis rationibus aliis (*immediate*), ex ipsis ver-
bis pro rerum e nihilo creatione ducere. Est etiam (III) ad agnos-
cendam hanc rem peropportunus locus in similitudine verborum,
quae explicanda sunt, cum ceteris eadem in oratione occurrentibus
aut cum vniuerso dicendi genere, quod in illo libro regnat; quid enim
prudentius est, quam, quod e se ipso non possit, e rebus similibus
agnoscere? Itaque cum similia proprie posita apparent, habes quod
etiam in ceteris proprietatem, si fecis, translationem queras.
Quare non video, quid sit, quod paene omnes locum Matth. XI,
7. iam supra tractatum velint impropriam esse deque homine non fa-
tis constante interpretari arundinem a ventis iactatam; aut quod non-
nulli v. 6. verborum: πτωχοὶ εὐαγγελοῦται translatam interpreta-
tionem defendant, sic ut πτωχοὶ Apostoli sint, pauperes illi quidem
literarumque experes, quibus Euangeliū ad proponendum sit tra-
ditum. Contra quem sensum hoc pugnat in primis, quod omnes
adiunctae similesque propositiones, nemine repugnant, in illa se-
ctione maxime proprias sint. Quam ipsam ob caussam nec mihi pla-
cent ii, qui Matth. V, 3. τῷ πνεύματι iubent coniungi cum verbo:
μανδεῖσθαι, ut sensus sit: *beati sunt animo, pauperes (proprie)*; non
cum vocabulo πτωχοὶ; *beati sunt, qui reperiantur pauperes, non*
terrenis quidem opibus destituti, sed animo h. e. qui se virtute et
integritate, quoad naturam, vacui agnoscant. Viderunt enim, quo
niam cetera, quae Christus laudat in suis, de animo accipienda sunt
paupertas hic eodem modo sumenda. Hanc ipsam ob caussam non
diffitior admodum probari mihi sententiam eorum, qui nunquam
purent in veteri Ecclesia existisse peculiarem NICOLAITARVM
disciplinam, sed esse hoc nomen commune vel Gnosticorum omnium
vel

vel Cerinthianorum, quod illis, non secus ac Docetarum, propter doctrinam moresque adhaeserit. Ductum est istud quidem e *10 ANNIS* Apocalypsi c. II, 6.; quidquid enim dicant magna cum ratione: Patres habere multa de Nicolaitis, quae, quoniam in Apocalypsi non occurrant, sumta esse ex illa non possunt, sed omnino in his hominibus ab ipsis deprehensa; id, quantum video, nihil est aduersus nos, qui facile illud arripimus, sumi ista ab hominibus potuisse, qui, quoniam mores Nicolitarum in Apocalypsi depictos imitabantur, id nominis accipiebant efficiebantque vita doctrinisque suis ceteris, vt, quaecunque vel agerent vel defendenter, ea omnia fictae Nicolitarum familiae tribuerentur. Sed quare hoc in Apocalypsi nomen, *improprium* volumus esse? Propretra, quod omnis ille liber, ipsis etiam in epistolis ad septem Asiae proconsularis Ecclesiias, imaginibus est vndeiquaque refertus, arque *Ioannes* clarissime v. 14. Nicolaitas appellat *λεγόντας τὴν διδαχὴν Βαλαὰν* n. r. *λα.* Iam cum *Bileam* sit ex ipsa nominis significazione is, *qui populo imperaret* (בְּלֵעָד) et *Nazarac* idem verbum graecum ex Ebraico verbo expressum; sintque huius generis nomina in Apocalypsi non rara, vt *Iesaphān* v. 20., aud istud si videtur incertae interpretationis, *Αψωθος* c. VIII, II., *Αβαδδων* v. *Απολλύων* c. IX, II. et *familia;* abhorrente ab istius libri natura, hoc quoque nomen *translatum* dicere? Sed cum simus ingressi hanc disputationem, age alia pauca afferamus ad conjecturam confirmandam. Primum quidem constat non modo multorum Patrum consentiente testimonio, sed infinitis etiam in scriptis Ioannis Apostoli indicis: et Gnosticos aut, si magis, Cerinthianos, errores in Asia proconsulari disseminasse, et aduersus vel in eos Ioannem libros suos diuino codici insertos compoisse; quod, si ita est, quid impedit, quo minus, in epistolis ad eius regionis incolas perecipiatis; candem haeresin publico odio propositam credamus? Porro videre licet eos, quos fugiendos ibi admonet *Ioannes*, Iudaicis erroribus fuisse deditos; dicim enim eos *λεγόντας Ιεδάλιον εἶναι ἔστιτες* c. II, 9. III, 9. At Cerinthiani Gnostici erant superstitioni Iudaicæ addicti, nec in omni historia vetera, et tempore Ioannis quidem, illa reperitur familia somniis ribusque Iudaicis simulque iis, quae *Ioannes* enarrat, vitis, obliquata,

XL DE DISCERNENDA PROPRIA

gata, nisi disciplina Cerinthianorum. Est igitur verisimile eos a Ioanne significatos fuisse. Praeterea Nicolai c. II, 14. accusantur a Ioanne haec tenus, quod Christianos adduxerint ad voluptatem veneream et confectionem eorum, quae idolis oblata, fuerant. Id ipsum vero Gnosticorum erat, quos isto nomine Patres saepenumero condemnant. Neque igitur hoc, quod Ioannes reprehendit, ab ingenio moribusque Gnosticorum abhorret. Postremo id mihi daturum facile quemvis rerum inter Christianos veteres gestarum legitimaque interpretationis, sacrorum librorum peritum arbitror, in prima Ioannis epistola cum non raro ad Gnosticos respicere, quippe quos ipse in numero Antichristorum habebat c. II, 18. atque eos ipsos veluti digito monstrare, cum dicit c. V, 21. ad suos; *cavete vobis ab idolis!* (coll. Apoc. II, 14.). Atqui, cum i. Ioh. V, 17. *ἀπομετρήσας θάνατον* videatur delictum tale, quod, quoniam contra Deum resque diuinis praecipue commissum erat, morte extra ordinem immissa puniebant a Deo: (vide hoc latius disputantem Ven. NIC. NONNENIVM in Disp. de peccato ad mortem. Braemae 1743. neque enim nostrae breuitatis est, id persequiri diffusius:) vix dubitem hoc in primis crimen fuisse, quod suscepimus, qui Gnosticorum consilia fecuti, inter Christianos εἰδωλούτους vescebantur; ac eo magis quidem, quod videam ex i. Cor. XI, 30., inter Corinthios quosdam proper leuem nec religiosum satis animum, quo corpus Domini sumissent, societatemque cum idolis eorumque sacrificiis contractam, hoc mortis genere interremitos fuisse. Nam ecce mihi, quid minorur Christus iis, qui, incitati a IEZABELE, femina, si quid intelligo, e disciplina Nicolitarum, episilis idolorum et scortationi se dedecrant Apoc. II, 22. 23.: ἐγώ βέβλω αὐτὸν εἰς κλῖνην καὶ τὰς πονχεύεται μετ' αὐτὸν et quae sequuntur, καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς (h. e., ut opinor, discipulos Iezabelis; vt filii Prophetarum, filii Pharisaorum Matth. XII, 27.) αποκτεῖν ἐν Σανδίῳ n. τ. λ. Sed haec, quae diximus, facile quis uberiora facere et cogitare potest; nos ad propositum redeamus.

§. XVI.

Est igitur tertia pars et tertii, quem diximus, fontis tamquam riuiulus, locorum in sacris libris similium comparatio, qua non modo

do tollitur id, quod impedit veritatem possit diuinorum verborum, sed ipsa etiam sensus obscuriorum locorum agnitus promouetur. Quo adiumento si quis vir velici, primum (I) videat, sintne verba aliquius loci, vel proprie vel tropice sumta, alibi dictis contraria? qua re efficitur, ut is sit arripiendus sensus, quo arrepto, ista pugna cuiatur; neque enim Deus potest secum ipse pugnare. Quod causae est, cur loca ea, quae de Messiae regno loquuntur, proprie intelligi non debant neque is haberi rex, quales sunt hi, qui hunc terrarum orbem regunt, vel rex etiam Iudacorum proprius. Nam alii in locis V. T. Messias dicitur et contemnedus a Iudeis et ad ipsos eos, qui verum Deum ignorasset, aequaliter pertinens. Ac si malum daemonem Paulus Eph. II, 2. appellat τὸν δέσμοντα τὸν ἐξστότον τὸν δέσμοντα, e. principem illius exercitus, qui regnum in aere tenet; mirum est, quod hoc ultimum tam multi poruerint proprio sensu accipere atque existimare, hos genios volitare per auras, cum sit impropte dictum, verbis ad opinioem gentium orientalium accommodatis, qui tale quid suspicabantur; tamen nullo modo ostendi possit, ipsam illam sententiam sacris scriptoribus fuisse probatam. Quod si quis quaereret ex me, quid sit quod illa verba translata putem; si nihil haberem aliud, excitaret locum Petri 2 Petr. II, 4, in quo ἀγρύπνεις inquit ἀπρότατας οἰκεῖς ζῷοι τραχεῖσιν εἰς κοὐπιν τερνηπέρεις, dicit Deus angelos peccatores in tartarum, in quo tamquam catenis vineti obscuro in loco feruntur ad iudicium. Hunc locum, quæram utrum quis proprie vel tropice intelligendum puret? Si illud sibi placere dicat, quomodo illum locum rediget in concordiam cum eo, quem ex epistola ad Ephesios excitauius? Quod si enim in aura voluerint maligni daemones, quomodo possunt esse in tartaro, tenebroso, ut ipse habet Petrus, loco ipsamque sub terram abdito; talem enim tartarum esse ex mente veterum, nemo ignorat, disceperique illud, si tantum est, potest e locis, quae IAC. WINDETVS congesit in libro de vita funerorum statu, in primis Seçt. XII et XIII. p. m. 237. seqq. Si tropicam interpretationem maneat; quomodo negabatur, locum alterum ad Ephesios codem esse modo, propter Petrin loci similitudinem, interpretandum? Omnino (II) si quis occurrat locus, qui subobscurus videatur, maxime propter verborum vel proprietate vel improprietatem, componendus est ille cum clariori atque ex hoc

F

hoe

XLII DE DISCERNENDA PROPRIA

hoc interpretatio repetenda. Ut, si dubium sit, quaenam sit Rom. I, 17. verbis subiecta sententia his: δικαιωτιν Θεον εν εὐαγγελίῳ απε-
 ναντετελεῖται τις πίστις; conferatur illa cum loco simillimo
 cap. III, 22., qui docet planissime: in loco priori εν πίστεος esse δικ-
 ούσιον Ιησοῦ Χριστοῦ, et εἰς πίστιν προ: εἰς τέσσαρας πιστεύοντας, tanquam
 abstractum pro concreto, quemadmodum alias περιτομὴν pro περιτε-
 πυγένοις, ut haec sententia existat: In Euangelio declarari, quod De-
 us eos, qui credant in Christum, velit præper illam fidem iustos ha-
 bere. Ac controversia ea, quae diu agitata est de loco Matth. XXIV,
 29-31., sine is cum superioribus versibus trahendus ad destruc-
 tionem Hierosolymorum, ut tota ista res imaginibus si adumbrata et
 emblematica, an ad extremitatem huius terrarum orbis fatum, ut ver-
 ba sint proprie intelligenda? ista igitur controversia si indicari debet,
 nullus dubito adiungere me ipsis, qui hanc posteriorē interpretatio-
 nem defendant, præpter loca similia 2 Petr. III, 10. Matth. XIII, 41.
 aliaque, quae, dubitari non potest ultima fata huius, quam incili-
 mus, terrae describere. Neque admodum difficile est iustum de tro-
 picis propriisque iudiciis ferre, si (III) alii in locis, quae eandem
 rem tractent, aīa verba adhibentur, quae possunt lucem alii loco ac-
 cendere. Veluti si constat, quod et plurimorum optimorumque co-
 dicum consensu et ipsa suspecta forma verbi ἀγγέλος docet, quippe
 quod glossarius similis est quam verae lectionis, si igitur constat
 Apoc. VIII, 13. verba legenda esse sic: ναὶ ἡμεῖς ἔνος ἀγγέλος πετω-
 μένος εἰς περαγανταν. τ. ἡ.: clarum est, vocabulum ἀγγέλος positum
 esse translate, ut aquila sit angelus rapidissimo cursu per aërem, aquila
 instar, se mouens; nam alibi, ut c. XVIII, 1. cet. talis clamor
 tribuitur angelis. Quod si vero in locis similibus eadem semper ver-
 ba adhibentur, nescis est dubitare, quod proprie ista verba intelligen-
 da sint; neque enim, nisi verba premenda voluisse Deus, ita con-
 stanti loquendi modo viceretur vbius, sed nonnunquam liberiore quo-
 dam modo; praesertim cum non tam ad subtiliarem quam populari-
 tam accommodare h. e. plane, atque nonnunquam mutata verborum
 forma, eandem rem pluribus in locis proponi curauerit. Itaque be-
 ne agunt nostri, cum aduersus eos, qui volunt e verbis, quibus Chri-
 stus sacra coenam instituit, proprietatem proscribere, huius canoni
 insistant, cum appareat, scriptores sacros ita inter se, in narrandis
 rebus

rebus a Christo gestis, quoad verba diuersos, perpetuo ista verba
immurata retinere. Denique (IV) si adhibentur verba, quae se ad
aliquem alium sacri codicis locum referant, ea decet vel proprie vel
tropice, ita tamen, interpretari, quemadmodum in illo loco usurpa-
ta fuere. Quam ob rem elegantissima est ratio nostrorum hominum,
qui ad explicandam instituta sacrae coenae formulam; Τέτο ἐσι τὸ
σῶμα με, aduocant locum Ebr. IX, 20. Nam cum omnino san-
guine Moses Israclitis adperferit, et sanguine quidem animalium ad
confirmandam διαθήκην effuso; quam rem Paulius illo in loco enarrat:
dubitari non potest verba: Τέτο ἐσι τὸ σῶμα τῆς διαθήκης pro-
prie a Moze usurpata atque ita etiam ab Israclitis intellecta fuisse. Iam
si istud est in typō, ad quem Christus haud dubie mentem intendit,
cum dicere: Τέτο ἐσι τὸ σῶμα με τὸ τῆς κανονικής διαθήκης: quid est
tandem, quod deferenda sint horum verborum proprietas, cum eam
illis a Moze dictis nemo detrahere audeat? Nec minus probabile est,
si IUDAS Apostolus in epist. v. 9. locum Zach. III. quod plurimi non
inepit, ut opinor, existimant, tum animo conceperit; *corpus Mosis*,
de quo Michaelm ait maligno cum genio disputasse, non proprie,
sed translare de Ecclesia Iudaica ciuiisque religione intelligendum esse.
Habes igitur nostrum de tropis iudicium, quod aut probabis, si recte
Tibi disputasse videmur; aut Tuum sequeris, si melius aliud quod-
dam est Tuum. Deum vero rogamus O. M., ut, quae bono con-
silio suumque ad honorem suscepimus, fausta et
multis salubria esse iubeat.



VENERANDO VIRO
IOACHIMO LÜDEKE
PASTORI PRIMARIO AD AEDEM S. NICOLAI
ET
INSPECTORI SCHOLAE NEAPOLITANAEC MAGDEBVRGIC.
FAVTORI SVO
I O. A V G. NOESSEL T.

S. P. D.

Sero ad te veniunt litterae nostraræ, VENERABILIS LÜDEKE,
sed non ita fero tamen, ut mibi vereendum sit, ne minus Tibi
propter hanc ipsam tarditatem gratae videantur; non quod putem, me
quidquam ad Te posse perscribere, quod Tibi per se probari queat,
sed quod & Tua tanta sit humanitas, ut nec leuicula nostra spernas,
et ego has litteras adiungam disputatiōni Filii Tui, quo nemo Tibi vel
carior esse potest vel Tuо amore dignior. Cuius si vellem enarrare lau-
des; et Tuac vim inferrem et eius ipsius modestiae, quem scio malle lau-
des mereri quam audire: sed hanc tamen labis veniam benevolentiae er-
ga eum meae, ut, cur mibi probatus in primis fuerit, paucis leuiterque
attingam. Nempe cum venisset ad nos Tua p̄aeclara institutione arque
egregia, GOLDHAENII V. C. disciplina ad optimâ quaevis studia for-
matus; statim animaduertere in eo et amare coepi non modo suavitatem
morum, sed eximiam quoque, ut omnium bonarum litterarum, sic ca-
rum in primis, quae ab humanitate nomen habent, vel scientiam vel stu-
dium. Quod quo rarius nostra praesertim aetate existit, quae, quan-
vis omnia artium et studiorum genera euexerit ad summum, tamen paulo
iniquior videtur graecis latinisque litteris, ut sensim illorum studium se-
nescat: eo miki magis placuit Filius Tuus, quod se iisdem litteris de-
deret, quibus miki post rerum diuinarum cognitionem nihil videtur esse
praeflan-

praestantur. Est enim cum hoc humanitatis studium maius quoddam,
quam vulgus opinatur, pluribusque e rebus compositum; neque se, si
perfectum quidem censeri debet et optimorum in hac arte magistrorum
veterum, menti accommodatum, vocabulorum quorundam et phrasium
copia, aut declamandi exercitiis, aut veterum scriptorum vicosque
explicatorum lectione aut praeceptorum exsanguium angustis continet,
sed omnes liberales artes h. e. libero atque ingenuo homine dignas, com-
pletantur; et non mirandum sit, quod plurimorum ignavia ab ipsis abhor-
reant. E quibus artibus quantum manare ad omnem vitam posse, et Tu
optime, VIR VENERANDE, agnoscis, et istud docere hic alios, alienum est a breuitate mea. Sed unum illud quomodo possem praeterire,
quod ita haec studia sciuntur sint a iactatione vulgi vel existimatione popu-
lari aut diuitiarum acquirendarum spe, ut, qui in ista incumbere velit,
cum necesse sit paene nostro hoc tempore, vel nunc saltum, ut ait illud apud
PLATVM, versoriam capere, vel contenta omni hac rerum humana-
rum vanitate, vnam animi magnitudinem, quae pulchritudine ipsa di-
gnitateque barum litterarum alitur, sequi. Quo magis aequaliantur a
me ii, qui neque horum studiorum amplitudine neque multitudinis iudi-
cio deterriti, hoc unum quaerant, quod dignum honestumque sit, at-
que in his Filius Taus, quem talem et diuturna consuetudine cognoui,
et ipsa haec disputatio declarat, et clarorum virorum de eo consentiens
iudicium. Neque enim creditit BOEHMERVS, Vir Celeberrimus,
nobilissimusque academie nostrae medicus, quem et is incredibili bene-
volentia patronum expertus est, et ego, quam venerer, vix vix valeo
dicere; is igitur nemini creditit rectius filiorum suorum, optimae spei
adolescentium, amicorumque meorum, curam ac moderationem committi
posse, quam ei; et, quiregundo Orphanotropheo nostro praeposti sunt,
ita probarunt eius studia, diligentiam et in erudienda iuuentute faculta-
tem, ut etiam et ad gratas latinasque litteras docendas supremas scho-
las

las traderent. Iam de dissertatione quid dicam, quam ita Te benevolē
iubente, me Praefide, vel comite potius, publice defendendam proponit?
Argumentum, quod tractauit, elegit me suadente, cui optionem Tu,
VIR VENERABILE, commisseras, atque ita disputationū, ut totam illi
disputationem relinquendam putarem, nisi is ipse institisset, ut pauca qua-
dam, quas emendanda vel addenda viderentur, adicerem; quas quo-
niam leuiā sunt, omnis tamen ex ea reportanda laus Filio manet Tuo.
Gratulor itaque Tibi hunc Filium Te profecto dignissimum, atque De-
um O. M. rogo, ut, quibus ipsum prae multis ornauit, tot tantasque
dotes sibi sacras et rei publicae saluberrimas longissime conseruerit, eiusque
studia, animum, fortunamque ita moderetur, ut Deo publicisque com-
modis maxima cum dignitate seruire posset; Te vero ita iubeat esse bea-
tum, ut longinquos per annos spectator virtutum huius unici Filii
Tui esse summa cum voluptate queas. De me hoc Tibi persuade, gau-
diū meū gratissimumque in Deum animū cum Eberhardi Tui, quid-
ni et mei? felicitate semper coniunctū, neque me unquam inimicorem
Tuac in me benevolentiae fore, quam ut mīhi perpetuo conserueres meque

Tibi vera pietate deditissimum credas, etiam atque etiam
rogo. Scripti Halae die VIII. Maii
cl Oct LXXII.



ORNATISSIMO
H V I V S D I S S E R T A T I O N I S
A V C T O R I

S . P . D .

IOAN. FRIDERICVS SIGISMUNDVS AVGUSTIN.

BEROLINAS OPPONENS

Quem non modo admittatis, verum etiam necessitudinis vinculo coniunctissimum habeo, cum illo publici consuetudis instituendi sint? Sed est, AMICE, honestissima Tua voluntas, cui tanto libenter obtempero, quanto magis opportunam suppeditasti occasionem, id ex animo significundis, quae sit gloria, quae voluptas in studiorum communione; cuius illa praeceps fuit vis atque dignitas, ut splendida exemplaria nobis proposuerimus, ad quac assidua imitationis cura cum in omni liberalis doctrinae, tum maxime in Theologiae studia referri et exigere debet. Habes enim Patrem, virum cordatum, grauem, probum, sautorum; quod publice hic proficeris est, verum meum. Habet ROLOFFIOS et alia praelata gentis nostrae ornamenta, ad quorum gloriam ut contendas. Sicuti mentis alacritas Te adhortatur, ita ingenii acumen praeberat vires felicesque successus. Causa rei insignis specimen exhibet in pertractando arguento, quod quo plures et maiores cautions requirunt multoque iusta et observatione regitur: sic litterarum sacrarum interpreti necessaria et adcurata eius cogitatio. Gratus igitur maxime acceptusque cunctis esse debet labor ille Tuus, quem e cathedra defendendum laudabiliter suscepisti. Iam vero inter communis aplausus accipe quoque eos, qui proficiuntur ex ingenua mente amici, quem in disceptando doctrinae Tuae atque dexteritatis testimoniis magis et comitem habebitis quam oppugnatores, cuiusque vota sunt verissima, ut Deus O. M. Te in eximia rei sacrae et litterariae emolumenta atque parentis Tui optimi gaudia seruat incolumem et, quod felicissimo omne augor, ut illa probitatis ac eruditonis exempla proxime attingas, quae virtutem Tuam euocant. Ego amicitiam Tibi meam permanentem spondeo: de Tua in me voluntate propensa persuasis sum; nostra autem familiaritas porro seruabit illam, quam PLINIVS vocat *amicitia*, cum inuicem se mutuis exhortationibus amici ad amorem immortalitatis exacuant. Vale, et rei Tuas cum Deo age rectissime. Scripti Halae die VIII Maii MDCCLXII.

LÜDEKIO

L V D E K I O S V O
IVSTVS CHRISTOPHORVS BOEHMER.


S. P. D.

Me quoque iuuat applaudere, TIBI, AMICE PRAESTANTISSIME,
hoc ipso tempore, quo multorum sunt in TE oculi conuersi, et eo magis
quidem, quod ea tecum adhuc coniunctus amicitia fuerim, ut diu opta-
uerim occasionem mei deditissimi TIBI animi significandi publice. Quam
cum accessisse video, tum redit TVAE in me benevolentiae memoria,
quam mibi si negarem longe iucundissimam esse, equidem mentirer ac su-
sciperem hominis ingratisimam personam, sed id ita est ab animo meo alienum,
ut ea nihil potius mibi faciat exoptatus existere. Illam TVAM
in me benevolentiam rogo ut mibi seruas, TIBIQUE persuasum habeas,
neminem in TE aestimando, colendo & amando vniquam me superioriem
fore. Vale Scripta Halae d. VIII. Maii MDCLXII.

L V D E K I O S V O
LUDOVICVS ADOLPHVS BOEHMER.

S. P. D.

Stomachaberis forte, AMICE HONORATISSIME, quod cum illis,
quibus neque aetate neque ingenio villo modo sum comparandus, ego quo-
que litteras disputationi Tuae adicere audeam. Verum cum Tibi, quo-
cum familiarissime vixi, atque a cuius latere nunquam discessi, postquam
fratri meo mihi studiorum comes eras a Patre optimo datus, tanta
debeam et ad doctrinam et ad virtutem augendam pertinentia: quomo-
do moueri hac mea fortuna non deberem dimittere neque Tibi publice gra-
tulandi gratiarumque agendarum opportunitatem. Nihil vero nisi magis
in rebus humanis, crede, curae, cordique erit, quam ut Tibi pla-
ceam, et praeceptis Tuis paream; nihil vero simul magis rogo a Te quam
ut isti, qua me dignatus es, benevolentiae perpetuitatem addas. Vale.
Scripta Halae die VIII Maii MDCLXII.




Fe 4194



Rekor





24.
DE
DISCERNENDA PROPRIA ET TROPICA
DICTIONE,
DISPVVTATIO
AD SACRAE SCRIPTVRAE INTERPRETATIONEM,
QVAM
SVB PRAESIDIO
I O. A V G V S T I N O E S S E L T
LITTERARVM SACRARVM PROFESSORIS PVBLICI
FAVTORIS ET PRAECEPTORIS OPTIMI
AD D. XI. MAII MDCLXII,
DEFENDET
A V C T O R
EBERHARDVS FRIDERICVS LVDEKE
MAGDEBURGENSIS.



HALAE MAGDEBURGICAE
EX OFFICINA IOHANNIS FRIDERICI GRVNER TI.

